Cb. 100/80/1415



Joannis Andree. Epiſcopi Aleri
enſis. Ad ſummũ pontificem Pau
lum .ij. Uenetum. Epiſtola.

ſ

J tua mihi pater beatiſſime
Paule. ij. Uenete pontifex
Maxime ſanctitaſ antehac
ueniam tribuit: ex imperitia forſitan
audenti tenuitatis mee maiuſculas
lucubrationes tua potiſſimum dedi
careꝫ pietati: ⁊ ꝑ ſeſe obſcure mirifico
tuo illuſtrarẽtur fulgore: ⁊ fierent te
ſuſcipiente precioſe: merito his qua
drageſime auguſtis uenerabilibus
que diebus Inclytum Pontificem
Leonem primum natiõe Thuſcum:
ut puto: ĩ Chalcedonẽſi Synodo ſũ
ma patrum admiratione ter ſanctuꝫ
acclamatum: tibi Maximo Ponti
fici tanta Cathedre thronuꝫ ornatiſ
ſime implenti debui offerre: non ma
gna dificultate recognitũ ſed ſumma
utilitate perlectum. Cuius ĩ breuibꝰ
ſed diuino artificio conſumatis ſer
monibus latiſſima rerum diuinarũ
myſteria ⁊ ſecundum canonicas ſcri
pturas quidam ſacri eloquij princi
patus includitur. oratiõe eni parcus
ſenſibuſ uero ſublimis ĩ primiſqꝫ ce
leſtis: ⁊ quod eſt ante omĩa admira
bile: profũdiſſimus pariter atqꝫ pla
niſſimus põtificia differens maieſta
te ⁊ apoſtolico facũdus eloquio mo
deſtia illa uere Chriſtiana uirtuteqꝫ
diuina uiua nimiruꝫ Euãgelij tuba
⁊ prope electiõis uas alterum: caſta
fidei ſacramẽtis aures implet Chri
ſtianas: ut ſi plura illi ſcribere uel põ
tificaliuꝫ negotiorum ingens labor
ul' ĩuidie etatis anguſta ſpacia ꝑmi
ſiſſent: omnes diuinitatis theſauros
facile fuerit ſupra expoſitoris etiam
qualitatem aperturus. Hic eſt pater
ſancte Leo ille magnuſ cognomẽto:
primꝰ dignitate: eloquẽtia nemini ce
dens: multos excedẽs ſapientia: bre
uitatis magiſter: ⁊ pene unicus arti
fex: qui tanta appellationis nomen
ſanctitatis tamen merito ſuperauit.
A ſacroſanctis Apoſtolorũ memo
rijs nunquam diſcedens. Cuius tu
quoque exemplo ſacratiſſima Apo
ſtoloruꝫ pignora ſemper amplexus
nullo tempore deſerenda cenſuiſti.
Quo adhuc diacono ⁊ pro rebus
pontificijs ab urbe abſẽte eccleſie ro
mane regius clerus ⁊ ſanctus ſum
mi pontificis prope duos menſes di
ſtulit electionis ſuffragia ſanctiora.
Qui ⁊ ſi uita omni maximus fuit: ſe
ſe tamen copia miſerationis exceſſit
⁊ diuini ingenij claritate queꝫ ſucceſ
ſorum multi adeo ſunt admirati ut
diu continuata uocabuli ſucceſſiõe.
Leones per ordinem uoluerint ap
pellari. a quibus ciuitatis quoque
Leonine facta eſt cellebris appella
tio. Hic eſt ille Leo qui maximus ec
cleſia ſideribꝰ Ambroſio Hierony
mo Auguſtino ne grecas põtificum
maieſtates percenſeam pares maxi
mis oĩbus excellentia: occidentibus
orbi Chriſtiano: et celo orientibus
angelorumqꝫ conſortio: ut ſol qui
dam pro omnibus unus mundo ſa
tis fuit illuſtrando. quem ut fulgur
perhorruit hereticoruꝫ impietas. co
luit ut numẽ Imperatoruꝫ maieſtas
pluſqꝫ dici poteſt ueluti parenteꝫ ue
nerata eſt fidelis cuncta Chriſtiani
tas. Hic eſt leo certe eccleſiaſtice di
ctiõis Tulliꝰ. Theologie Homerꝰ.
Rationuꝫ fidei Ariſtoteles. ⁊ ut om
nia unico abſoluaꝫ uerbo Petrus
in pontificio throno. Paulus ĩ pul
pito Chriſtiano: ita demulcens ut
uinctos auditores teneat: ita docẽs



BIBLIOTECA DE CATALUNYA

ut ſenſibus diuinis ipleat ita exhoꝛ
tans. ut ardoꝛibus uirtutis incédat.
legendus: edificandus: imitandus.
Huius pꝛopꝛia Pontificis iure di
ci poteſt oꝛatio: de quo a me magis
illum ſtupente q̃ꝫ laudante id ſoluꝫ
accipi dictuꝫ uelim: amari facile Le
onem poſſe: pꝛo merito nunquam p̃
dicari licere. Is igitur ſit noſter i ter
ris inſtructoꝛ: in celis apud omnipo
tentem deuꝫ interceſſoꝛ: qui eſt in ſe
cula benedictus. Amen.

Sequuntur rubꝛice totius ope
ris per oꝛdinem.

b Eati Leonis pape: de aſſum
ptione ſua ad pontificatũ gra
tiarum actionis ſermo pꝛimus.
Laudem domini.
In anniuerſario die aſſumptionis
ſue eiuſdem ſermo de pontificatus
qualitate ſecunduꝫ oꝛdinem melchi
ſedech Quotiens
Eiuſdem de anniuerſario pontificie
ſue aſſumptionis die: ſermo tertius.
Gaudeo.
De collectis eiuſdem ſermo p̃mus.
Multis.
De collectis eiuſdeꝫ ſermo ſecũdus.
Notum uobis.
De collectis eiuſdem ſermo tertius.
Chriſtiane.
De collectis ⁊ elemoſina eiuſdem
ſermo quartus. Miſericordie.
De collectis ⁊ elemoſinis eiuſdem
ſermo quintus. Apoſtolice.
De collectis eiuſdem ſermo ſextus.
Et de ieiunio decimi mẽſis pꝛimus.
Si fideliter.
De ieiunio decimi menſis: ⁊ collecꝫ
eiuſdẽ: ſermo ſecũdꝰ. Quod.
De ieiunio decimi mẽſis ⁊ d elemo
ſinis eiuſdem ſermo tertius.
In dominico agro.
De ieiunio decimi menſis: ⁊ de ele
moſinis eiuſdem: ſermo quartus.
Confidenter.
De ieiunio decimi menſis: ⁊ de ele
moſinis eiuſdem: ſermo quintus.
Sublimitas.
De ieiunio decimi menſis: ⁊ de mi
ſeri coꝛdie operibus eiuſdem: ſermo
ſextus. Euangelicis.
De ieiunio decimi menſis: ⁊ de miſe
ricoꝛdie operibus eiuſdẽ ſermo. vii.
Preſidia.
De ieiunio decimi mẽſis ⁊ de elemo
ſinis eiuſdem ſermo octauus.
Cum de.
Leo papa. Flammatio conſtantino
politano epiſcopo.
Dilectiſſimo.
Eiuſdem de natali domini ſermo. i.
Saluator noſter.
De natali domini eiuſdẽ ſermo. ii.
Exultemus.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo tertius. Nota.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo quartus. Semper.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo quintus. Quamuis.
De natiuitate domini eiuſdem ſer
mo ſextus. Omnibus qui.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo ſeptimus. Feſtiuitatis.
De natiuitate domini eiuſdem ſer
mo octauus. Cum ſemper.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo nonus. Excedit.
Eiuſdem de natiuitate domini ſer
mo decimus. Sepe vt.
De epiphania domini eiuſdem ſer
mo pꝛimus. Celebrato.
De epiphania domini eiuſdem ſer
mo ſecundus. Gaudete.
De epiphania domini eiuſdem ſer

mo tertius. Quamuis.
De epiphania domini eiuſdẽ ſermo quartus. Iuſtum.
De epiphania domini eiuſdẽ ſermo quintus. Hodiernum.
De epiphãia domini eiuſdẽ ſermo ſextus. Dies dilectiſſi.
De epiphania domini eiuſdẽ ſermo ſeptimus. Memoria.
De epiphania domini eiuſdẽ ſermo octauus. Cauſam.
De quadrageſima eiuſdem ſermo .i.
Hebreorum.
Eiuſdez de quadrageſima ſermo .ii.
Licet nobis.
Eiuſdẽ de quadrageſima ſermo .tertius. Semper quidã
Eiuſdem de quadrageſima ſermo quartus. Predicaturꝰ.
De ieiunio quadrageſimali eiuſdez ſermo quintus. Apoſtolica.
De paſſione ⁊ reſurrectione domini eiuſdez ſermo primꝰ. Semper.
Eiuſdem de paſſione ⁊ reſurrectiõe domini ſermo ſecũdꝰ. Uirtus.
De paſſione ⁊ reſurrectione domini eiuſdẽ ſermo tertiꝰ. Deuotionis.
De feſto paſcali eiuſdez ſmo primꝰ.
In omnibus.
De feſto paſcali ſmo eiuſdẽ ſecũdꝰ.
Inter omnes.
De feſto paſcali ſermo eiuſdẽ tertiuſ.
In omnibus.
De paſſione domini ſermo quartꝰ.
Appropinquante.
Lectio ſancti euangelij ſecũdũ Io:
In illo tempore.
Omelia ſancti leonis pape dẽ trãſfiguratione domini Euangelica:
In paraſceuen domini eiuſdem: de paſſione ſermo primus.
Sacratiſſimum.
De paſſione domini eiuſdem ſermo ſecundus. Exigit fides.
De paſſiõe domini eiuſdẽ ſermo .iij.
Inter omnia.
Eiuſdẽ de paſſiõe domini: ſermo .iiij
Expectationi.
De paſſiõe domini eiuſdẽ ſermo .v.
Creator ⁊.
Eiuſdẽ de paſſiõe domini: ſermo .vi
Sponſionis.
De paſca domini eiuſdez ſermo .vij
Scio quidem.
De paſſiõe domini eiuſdẽ ſmo .viij.
Decurſis.
Eiuſdẽ de paſſiõe domini ſmo .viiij
Sacramentum.
Eiuſdẽ de paſſiõe domini ſermo .x.
Cum multis.
Eiuſdẽ de paſſiõe domini ſermo .xi.
Deſiderata.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini eiuſdez ſermo .xij. Oia quidez.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini eiuſdem ſermo .xiij. Euaneglica.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini: eiuſdem ſermo .xiiii. Gloria.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini: eiuſdem ſermo .xv. Sermonem.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini: eiuſdem ſermo .xvi. Semper.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini: eiuſdem ſermo .xvii. Sermo.
De paſſiõe ⁊ reſur. dñi eiuſdẽ ſmo decimuſoctauus. Magnitudo.
De paſſione ⁊ reſurrectiõe domini eiuſdem ſermo .xix. Sacram.
De paſſione ⁊ reſurrectione domini eiuſdem ſermo .xx. Sermone.
De reſurrectione domini eiudez ſermo .xxi. Notuz quidẽ.
De aſcenſione domini eiuſdem ſermo primus. Poſt beatam.
De aſcenſcione domini noſtri Ieſu chriſti eiuſdẽ ſmo .ij. Sacramẽtũ.
De pentecoſte domini eiuſdem ſermo primus. Hodiernam.

De pentecoſte domini eiuſdem ſer
mo ſecundus. Pleniſſime.
De aſcenſcione domini eiuſdem ſer
mo tertius. Hodiernam.
De pentecoſte domini eiuſdem ſer
mo quartus. Hodiernam.
De ieiunio pentecoſtes eiuſdem ſer
mo primus Dubitandum.
De ieiunio pentecoſtes eiuſdem ſer
mo ſecundus. Sanctarum ſo.
De ieiunio pentecoſtes eiuſdem ſer
mo tertius. Inter omnia.
In natiuitate apoſtolorum Petri ⁊
pauli eiuſdem ſermo primus.
Omnium quidem.
In natiuiate apoſtolorum Petri ⁊
pauli eiuſdem ſermo ſecundus.
Exultemus.
In octaua apoſtolorum Petri ⁊
pauli eiuſdem ſermo tertius.
Religioſam deuotionem.
In natiuitate ſanctorum ſeptem fra
trum martyrum machabeorum eiuſ
dem ſermo. Gratias.
In natiuitate ſancti laurentij marty
ris eiuſdem ſermo. Cum omniuꝫ.
De ieiunio ſeptimi menſis ideſt ſep
tēbris eiuſdem ſermo primus.
Obſeruantiam quidē veſtram.
De eodem ſermo ſecundus.
Deus humani generis.
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo tertius. Ad exorandum
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo quartus. Predicationē
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo quintus. Sacratum.
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo ſextus. Deuotionem.
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo ſeptimus. Apoſtolica.
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo octauus. Omnis.
De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdem
ſermo nonus. Scio quidē.
In feſto omniuꝫ ſanctorum lectio ſā
cti euangelij ſecundū Matheum.
In illo tempore.
Omelia beati Leonis pape eiuſdeꝫ
lectionis. Predicante.
Tractatus beati leonis pape trcōa
hereſim Eutychetis habitus Rome
in baſilica ſancte Anaſtaſie.
Sicut peritorum.
Leo papa Maximo ēpiſcopo Anti
ocheno ſalutem in domino.
Quantuꝫ dilectioni tue.
Leo papa Anatolio epiſcopo ſalutē
in domino. Gaudeamus.
Leo papa leoni Auguſto ſalutem in
domino. Officijs que.
Leo papa leōi Imperatori ſaluteꝫ ĩ
domino. Leo epiſcopꝰ.
Symbolum Nicenum: trececentoꝝ
decem ⁊ octo patrum.
Credimus.
Teſtimōia excerpta de libris catho
licorum patrum a Leone papa colle
cta: leoniqꝫ imperatori directa: ꝙ do
minus noſter Jeſus Chriſtus uerꝰ
ſit deus: ⁊ uerus homo ſententijs ſā
cti Hilarij Pictauenſis epiſcopi. In
ſecundo libro de fide inter cetera.

Finis.

## Beati Leonis Pape de aſſumptione ſua ad pontificatum gratiarum actionis ſermo Primus.

LAudeſ domini loquatur os meuz. ⁊ nomen ſanctum ei⁹ anima mea ac ſpiritus caro ⁊ ligua benedicat: quia nõ verecunde ſed ingrate mentis indiciũ eſt beneficia tacere diuina: ⁊ ſatis dignum eſt a ſacrificijs dominice laudis obſequium conſecrati Pontificis inchoare: quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri domin⁹: ⁊ benedixit nobis: quia fecit mibi mirabilia magna ſolus: vt preſentem me cerneret ueſtre ſanctitatis affectio: quem fecerat neceſſitas longe peregrinationis abſentez. Ago igit̃ deo noſtro gratias ⁊ ſemp̄ acturus ſum pro omnibus que tribuit mibi. Ueſtri quoqz fauoris arbitriuz debita gratiarum actione cõcelebro. euidẽter intelligens quantum mibi profuit reuerentie amoriſ ⁊ fidei ſtudia ueſtre dilectioni impendere: animaruz veſtrarum ſalutez paſtorali ſollicitudine cupienti: qui tam ſanctũ de me nullis admodum precedentibuſ meritis iudicium protuliſtis. Obſecro igitur per miſericordiam domini iuuate uotis: quẽ deſiderijs expetiſtis vt ⁊ ſpiritus gratie maneat in me: et iudicia veſtra nõ fluctuent. Preſtet in commune nobis omnibus pacis bonum: qui vobis humanitatis ſtudia infudit: vt omnibus diebus vite mee in omnipotentis dei ſeruitium: ⁊ ad veſtra paratus obſequia cuz fiducia poſſim dominum deprecari. Pater ſancte conſerua eos in nomine tuo quos dediſti mibi. Sẽperqz proficientibus vobis ad ſalutez: magnificet anima mea dominum. ⁊ i futuri retributiõe iudicij ita mibi apud iuſtum iudicem ſacerdotij mei ratio ſubſiſtat: ut vos mibi per bona opera ueſtra ſitis gaudium: vos corona: qui bona voluntate ſincerum preſentis vite teſtimonium preſtitiſtis. Honorabilẽ igitur mibi dilectiſſimi hodiernum diem facit diuina dignatõ que dum humilitatem meam in ſummum gradum prouehit: q̄ neminez ſuorum ſperneret demonſtrauit. Unde ⁊ ſi neceſſariuz eſt trepidare d̃ merito: religioſum eſt tamen gaudere de dono. quoniam qui mibi honoris ẽ autor: ipſe mibi fiet adminiſtrationis adiutor. ⁊ ne ſub magnitudĩe gratie ſuccumbat infirmuſ: dabit virtutem: qui contulit dignitatẽ. Recurrente igitur per ſuum ordinem die quo me dominus Epiſcopalis officij uoluit habere principiũ: vera mibi in gloria dei cauſa eſt letandi: qui mibi vt multum a me diligeret̃: multa dimiſit. Et vt mirabilẽ faceret gratiam ſuam: in eum munera ſua cõtulit: in quo meritorum ſuffragia non inuenit. Quo opere ſuo dominuſ qd cordibus noſtriſ inſinuat. quidue cõmendat: niſi vt de iuſtitia ſua nemo preſumat: ⁊ d̃ ipſius miſericordia nemo diffidatur: que tunc euidentius preeminet: quando peccator ſanctificatur. ⁊ abiectus erigitur. Neqz enĩ de qualitate noſtrorum operuz pendet celeſtium menſura donorũ. Aut in iſto ſeculo in quo tota vita temptatio ẽ: hoc vnicuiqz retribuitur: quod meretur. vbi ſi iniquitateſ dominus obſeruaret: nullus iudicium ſuuz ſuſtineret. Magnificate ergo dilectiſſimi dominum mecum: ⁊ exaltemus nomen eius in inuicem: vt tota ratio

celebritatis hodierne ad laudem ſui
referatur autoris. Nam qđ proprie ad
effectū animi mei pertinet: cōfitebor
me plurimū de oium ueſtruȝ deuo
tione gaudere. Cūqȝ hanc uenerabi
liū cōſacerdotuȝ meoꝝ ſplendidiſſi
mam frequentiā uideo: angelicū no
bis ītot ſanctis ſentio intereſſe cōuē
tum. Nec dubito nos abundātiore
hodie diuine preſentie gratia uiſita
ri quādo ſimul aſſunt: ⁊ uno lumīe
micant: tot ſpecioſiſſima tabernacu
la dei: tot mēbra excellentiſſima cor
poris Chriſti. Nec abeſt ut confido
ab hoc cetu etiā beatiſſimi Apoſto
li petri pia dignatio ⁊ fida dilectio:
nec uřam deuotionē ille deſeruit: cu
ius nos reuerētia congregauit. De
ueſtro itaqȝ ⁊ ipſe gaudet affectu: ⁊ ī
cōſortibus honoris ſui obſeruantiā
dominice īſtitutionis amplectitur:
probans ordinatiſſimā totius Eccle
ſie charitatē: que in Petri ſede Pe
trū ſuſcipit. ⁊ a tanti amore paſtoris
nec ī pſona tam imparis tepeſcit he
redis. Ut ergo hec pietas dilectiſſi
mi: q̄ȝ erga humilitatem meā unani
miter exhibetis: fructū ſui ſtudii con
ſequatur: miſericordē dei noſtri clemē
tiā ſupplices obſecrate ut ī diebus
noſtris expugnet īpugnantes nos
muniat fidē ueſtram: multiplicet de
uotionē ac dilectionē. augeat pacem
meqȝ ſeruulū ſuum quem ad oſten
dendas diuitias gratie ſue guberna
culis Eccleſie uoluit preſidere: ſuffici
entem tanto operi ⁊ utilem ueſtre de
fenſioni dignetur efficere. ⁊ ad hoc
tēpora noſtre ſeruitutis extendere:
ut proficiat deuotioni: qđ fuerit lar
git⁹ etati. p chriſtū dñm nřm Amē.

In anniuerſario die aſſumptiōis
ſue eiuſdē ſermo de Pōtificat⁹ qua
litate ſcđm ordinē Melchiſedech.

Quotiens nobis miſericordia
dei donorum ſuoꝝ dies reno
uare dignatur iuſta dilectiſſimi ⁊ ra
tionabilis cauſa eſt letandi: ſi officiū
origo ſuſcepti ad laudem ſui referat̄
autoris. Hanc enim obſeruantiam
oībus quidem ſacerdotibus congru
am. ſed mihi neceſſariā maxime eſſe
cognoſco: qui reſpiciēs ad exiguita
tis mee tenuitatē ⁊ ad ſuſcepti mune
ris magnitudinē etiam ego illud p
pheticū debeo pclamare. Domine
audiui auditū tuum: ⁊ timui: conſi
deraui opera tua: ⁊ expaui. Quid
eni tam iſolitum tam pauendum q̄ȝ
labor fragili. ſublimitas humili: di
gnitas nō merenti. ⁊ tamē nō deſpe
ramus: neqȝ deficimus: quia nō de
nobis ſed de illo p̄ſumimus q opera
tur ī nobis. Unde ⁊ Dauiticuȝ pſal
mū dilectiſſimi nō ad noſtrā elatio
nem ſed ad Chriſti domini gloriam
cōſona uoce cātauimus. Ipſe eſt enī
de quo pphetice ſcriptum ē. Tu es
ſacerdos ī eternum ſecundū ordinē
Melchiſedech. hoc ē non ſecunduȝ
ordinē Aaron: cuius ſacerdotiū per
ppaginem ſui ſeminis ⁊ currens tem
poralis miniſterij fuit. ⁊ cum ueteris
teſtamēti lege ceſſauit. ſed ſecunduȝ
ordinē Melchiſedech: ī quo eterni
pōtificis forma preceſſit. ⁊ dum qb⁹
parētibus ſit editus: nō refertur: in
eo ille ītelligitur oſtendi: cuius gene
ratio nō poteſt enarrari. Deniqȝ cū
huius diuini ſacerdotij ſacramētuȝ
etiā ad humanas puenit functiōes:
nō per generationū tramitē currit:
nec quod caro ⁊ ſanguis creauit: eli
gitur. ceſſante priuilegio patrum: ⁊
familiaꝝ ordine pretermiſſo: eos re
ctores Eccleſia accipit: quos ſpiritus
ſcūs preparauit. ut ī populo adoptio
nis dei cuius uniuerſitas ſacerdota

lis ē:non pꝛerogatiua terrene oꝛigīs
obtineat unctionē:ſed dignatio cele
ſtis gratie gignat antiſtitē. Quāuis
ergo dilectiſſimi nos ad explendaꝫ
noſtri officiū ſeruitutē ⁊ īfirmi īueni
amur ⁊ ſegnes:dum ſi qd deuote ⁊
ſtrenue agere cupimus:ipſiuſ nr̄e cō
ditionis fragilitate tardamur:habē
tes tamē inceſſabilē pꝛopitiationem
oīpotentis ⁊ ꝑpetui ſacerdotis q ſi
milis nr̄i equalis prī diuinitatē uſqꝫ
ad humana ſubmiſit:humanitatem
uſqꝫ ad diuina ꝑuexit:digne ⁊ pie d̄
ipſius ꝯſtitutione gaudemꝰ: quoni
am ⁊ ſi multis paſtoꝛibꝰ curā ſuaꝝ
ouiū delegauit ipſe tamē dilecti gre
gis cuſtodiā nō reliquit. De cuiꝰ pꝛi
cipali eternoqꝫ pſidio ⁊ Apoſtolici
operis munimē accepimuſ.qđ utiqꝫ
ab opere ſuo nō uacat.⁊ firmitas fū
damēti cui totius Eccleſie ſuperſtrui
tur altitudo:nulla incūbentis ſibi tē
pli mole laſſeſcit. Soliditas eni illiꝰ
f. dei que ī Apoſtoloꝝ pꝛincipe ē lau
data:perpetua ē.⁊ ſicut ꝑmanet: qđ
ī Chꝛiſto Petrus credidit:ita ꝑma
net qđ in Petro Chꝛiſtus īſtituit.
Cū enim ſicut Euāgelica lectione re
ſeratū eſt:interrogaſſet dn̄s diſcipu
los:quē ipſuꝫ multis diuerſa opinā
tibus crederēt:reſpōdiſſetqꝫ beatus
Petrus dicēs. Tu es Chꝛiſtus fili
us dei uiui:Dn̄s ait. Beatus es Si
mon Bariona qa caro ⁊ ſanguis
nō reuelauit tibi:ſed pater meus q ī
celis eſt.⁊ ego dico tibi:qꝛ tu es Pe
trus:⁊ ſup hanc petrā edificabo Ec
cleſiā meā:⁊ poꝛte īferi non pꝛeuale
būt aduerſus eā.⁊ tibi.dabo claues
regni celoꝝ.⁊ quodcūqꝫ ligaueris
ſup terrā:erit ligatū ⁊ ī celis.⁊ quod
cūqꝫ ſolueris ſup terram:erit ſolutū
⁊ in celis. Manet ergo diſpoſitio ue
ritatis.⁊ beatus Petrus ī accepta

foꝛtitudinē petre pſeuerans ſuſcepta
Eccleſie gubernacula nō reliquit.ſic
eni pꝛe ceteris ē oꝛdinatus:ut dū pe
tra dicit̄: dum fundamētum ꝓnun
tiat̄:duꝫ regni celoꝝ ianitoꝛ cōſtitui
tur:duꝫ ligandoꝝ ſoluendoꝝqꝫ ar
biter māſura etiā in celis iudicioꝝ
ſuoꝛū defūctione pꝛeficit̄ qualis ipſi
cū Chꝛiſto eſſet ſocietaſ ꝑ ipſa appel
lationū eiꝰ myſteria noſceremꝰ. Qui
nūc plenius ⁊ potētiuſ ea que ſibi cō
miſſa ſunt:peragit ⁊ oēs parteſ offi
cioꝛū atqꝫ curarū in ipſo ꝑ quem eſt
gloꝛificatus:exeqtur. Si quid itaqꝫ
a nobiſ recte agitur:recteqꝫ diſcerni
tur:Si qd a miſericoꝛdia dei quotti
dianis ſupplicatiōibus obtinet̄: illi
us eſt operū atqꝫ meritoꝛū cuius ī
ſede ſua uiuit poteſtas.⁊ excellit au
ctoꝛitas. Hoc eni obtinuit dilectiſſi
mi illa ꝯfeſſio que a deo prē apoſto
lico īſpirata coꝛdi oīa humanarum
opinionū īcerta trāſcendit:⁊ firmita
tem petre que nullis īpulſionibus
quateret̄:accepit. In uniuerſa nāqꝫ
eccleſia Tu es Chꝛiſtus filius dei ui
ui:quottidie Petrus dicit:⁊ oīs lin
gua que ꝯfitetur dominuꝫ: magiſte
rio huius uocis ībuitur. Hec fides
diabolū uincit.⁊ captiuoꝛū eius uin
cula diſſoluit.hec heruditos mūdo
īferit celo.⁊ poꝛte īferi aduerſus eaꝫ
neqꝫ heretica unqꝫ coꝛrūpere praui
tas nec pagana potuerit ſuperare
perfidia. His itaqꝫ modis dilectiſſi
mi rationabili obſequio celebꝛatur
hodierna feſtiuitaſ:ut in perſona hu
militatis ille intelligatur: ille hono
retur:in quo ⁊ omnium paſtoꝛū ſol
licitudo cum commendatarum ſibi
ouium cuſtodia perſeuerat. Et cuiuſ
dignitas in indigno herede non de
ficit. Unde uenerabilium quoqꝫ fra
trum ⁊ conſacerdotum meoꝛuꝫ deſi

derata mihi ⁊ honoranda p̄ſentia
hinc ſacratiorē ⁊ deuotiorē ſi pietatē
huius officij in quo adeſſe dignati
ſunt:ei principaliter deferūt:quez nō
ſolum huius ſedis preſulē:ſed ⁊ om
nium Epiſcopoꝝ nouerunt eſſe pri
marem. Cum ergo cohortatiōes no
ſtras auribus ueſtre ſanctitatis ad
hibemus:ipſum vobis cuiuſ vice fū
gimur:loq credite.quia ⁊ illius vos
affectu monemus.⁊ non aliud vobiſ
q̄z quod docuit: predicamus. obſe
crantes vt ſuccinti lumbos mentis
veſtre caſtam ⁊ ſobriaz vitam i timo
re dei ducatis nec cōcupiſcentijſ car
nis meus principatus ſui oblita cō
ſentiat. Breuia ⁊ caduca ſunt terre
narū gaudia voluptatū.⁊ ad eterni
tatē uocatos a ſemitiſ uite conantur
auertere. Fideliſ ergo ⁊ religioſus aī
mus ea que ſunt celeſtia:cōcupiſcat.
⁊ diuinaꝝ promiſſionum auidus in
amorē ſe incorruptibilis boni ⁊ in
ſpem uere lucis attollat. Certi autez
eſtote dilectiſſimi ꝙ labor ueſter quo
uitijs reſiſtitis:⁊ carnalibus deſide
rijs repugnatis:placenſ in cōſpectu
dei eſt atqꝫ precioſus. Nec ſoluz uo
bis ſed etiam mihi apud dei miſeri
cordiā profuturus:qa de ꝓfectu do
minici gregis gloriat̄ cura paſtoris
Corona mea ſicut Apoſtolus ait: et
gaudiū uos eſtis:ſi fides ueſtra que
ab initio Euāgelij in uniuerſo mun
do predicata ē:in dilectione ⁊ ſancti
tate ꝑmanſit. Nam licet oēm eccleſiā
que in toto eſt orbe terrarū cunctis
oporteat florere uirtutibus:uos tam
precipue inter ceteros populos de
cet meritis pietatis excellere quos i
ipſa Apoſtolice petre arce fūdatos
dn̄s noſter Jeſus Chriſtus cū oib⁹
redemit.⁊ beat⁹ Apoſtolus petr⁹ eru
diuit.ꝑ eundē xp̄m dn̄z nr̄m Amē.

Eiuſdē de anniuerſario pontificie
ſue aſſumptiōis die ſermo Terti⁹.

Audeo dilectiſſimi de religio
ſo ueſtre deuotionis affectu et
deo grās ago:ꝙ in uobis pietatem
Chriſtiane unitatis agnoſco. Sicut
eni ipſa frequentia ur̄a teſtatur:intel
ligitis huius diei decurſum ad com
munem leticiā pertinere.⁊ honorem
celebrari toti⁹ gregis ꝑ annua feſta
paſtoris. Nā licet uniuerſa eccleſia
dei diſtinctis ordinata ſit gradibus
ut ex diuerſis mēbris ſacrati corpo
ris ſubſiſtat īegritas:nos tamē oēs
ſicut ait Apoſtolus:in Chriſto Jeſu
unū ſum⁹.nec quiſq̄z ab alterius ita
ē diuiſus offitio:ut nō ad cōnexionē
ꝑtineat capitis cuiuſlibet humilitas
portionis. In unitate igit̄ fidei atqꝫ
baptiſmatis īdiſcreta nobis ſocietaſ
Dilectiſſimi ⁊ generalis ē dignitas.
ſm̄ illud beatiſſimi petri Apoſtoli ſa
cratiſſima:uoce dicētiſ. Et ipſi tanq̄z
lapides ſuꝑ edificamini in domos
ſpiritales ſacerdotiū.ſanctū offerēteſ
ſpiritales hoſtias acceptabiles deo
ꝑ ieſū xp̄m.⁊ infra. Uos aūt genus
electū regale ſacerdotiū gens ſācta
populus acqſitionis. Oēs enim in
Xp̄o regeneratos crucis ſignuz effi
cit Reges. Sācti uero ſpirit⁹ unctio
cōſecrat ſacerdotes ut ꝑter iſtā ſpi
ritalē noſtri miniſterij ſeruitutē uni
uerſi ſpiritales rationabileſ Xp̄iani
agnoſcāt ſe regij generis ⁊ ſacerdo
talis offitij eſſe ꝯſortes. Quid enim
tā regiū q̄z ſubditū deo animū cor
poris ſui eē rectorē. Et qd tam ſacer
dotale q̄z uouere dn̄o ꝯſciētiā purā
⁊ imaculatas pietatis hoſtias de alta
ri cordis offerre. Quod cuz omnib⁹
per dei gratiaz cōmune ſit factuz:reli
gioſum tamē nobis atque laudabi

le ē de die prouetiōis noſtre quaſi de
p̄ oprio honore gaudere.ut unū cele
bretur in toto eccleſie corpoꝛ pōtificij
ſacramētū:quod effuſo benedicioīs
unguēto copioſiuꝰ quidē iſuperioꝛa
profluxit ſed nō parce etiaꝫ i iferioꝛa
deſendit.Cū itaqꝫ Dilectiſſimi de cō
ſorcio iſtius muneris magna ſit no
bis materia communium gaudio/
rum:uerioꝛ tamen nobis ⁊ excellenti
oꝛ erit cauſa letādi:ſi nō in noſtre hu
militatis conſideratione remoꝛemi
ni.cuꝫ multo utilius multo ſit digni
us ad beatiſſimi Apoſtoli gloꝛiam
contemplandam aciem mentis attol
lere.⁊ hūc diem in illius potiſſimum
ueneratione celebꝛare:qui ab ipſo
omniū charismatum fonte tam copi
oſis eſt irrigationibus inundatus:
ut cū multa ſolus acceperit:nihil in
quēquaꝫ ſine illius ꝑticipatione trāſi
erit.Uerbum eni caro factū fuerat:⁊
habitabat iam in nobis:ut reparan
do humano generi totuꝫ ſe Criſtus
im pēderet Nihil indiſpoſitum ſapiē
tie nihil erat arduum potestati.famu
labatꝰ elementa.miniſtrabant ſpūs.
āgeli ſeruiebant nec ullo modo po
terat ieſſicax eſſe ſacramentuꝫ quod
ſimul ipſius deitatis unitas opaba
tur:⁊ tirnitas.⁊ tamen ō toto mūdo
unus petrus elegitur:qui ⁊ uniuer
ſarum gentium uocationi ⁊ omnibꝰ
Apoſtolis cunctiſqꝫ eccleſie patribꝰ
preponatur:ut quamuis in popu/
lo dei multi ſacerdotes ſint:multiqꝫ
paſtoꝛes:omnes tamēn regat Pe
trus:quos pꝛincipaliter regit ⁊ Cri
ſtus Magnū ⁊ mirabile Dilectiſſi
mi huic uiro conſoꝛtiuꝫ potentie ſue
tribuit diuina dignatio ⁊ ſi qd cum
eo commune ceteris uoluit eſſe pri
cipibus:unūqꝫ niſi per ipſū dedit:qc
quid aliis non negauit.Omnes de
niqꝫ Apoſtolos dominius quid de
ſe oīes opinetur iterrogat.⁊ tandiu
reſpondentiū communis eſt:qꝫdiu
humane intelligentie ambiguitas
explicatur.At ubi quid habeat ſen
ſus diſcipuloꝛuꝫ exigitur:pꝛimus eſt
in domini confeſſione qui pꝛimus
eſt in Apoſtolica dignitate.qui cū
dixiſſet.Tu es criſtus filiꝰ dei uiui.
Reſpondit ei Jeſus.Beatuꝰ es Si
mon Baronia quia caro ⁊ ſanguis
non reuelauit tibi:ſed pater meus
qui in celis ē.id eſt ideo beatus es
q: pater meus te docuit.nec terrena
opinio te fefellit:ſed iſpiratio celeſtis
te iſtruxit.⁊ nō caro ⁊ ſanguinis ſed
ille me tibi cuius ſū unigentius filiꝰ
indicauit.Et ego iquit dico tibi hoc
ē ſicut meus pater tibi manifeſtauit
diuinitateꝫ meaꝫ:ita ⁊ ego tibi notā
factio excellentiam tuam.quia tu es
Petrus:id eſt cum ego ſim in uiola
bilis petra:ego lapis angularis qui
facio utraqꝫ unū:ego fundamētum
preter qd nemo pōt aliquid ponere:
tamen tu quoqꝫ petera es:quia mea
uirtute ſolidaris ut que.mihi pote
ſtate ſunt ꝓpꝛia:ſint tibi mecū parti
cipatione cōmunia.Et ſuper hanc
petram edeficabo eccleſiam meam
⁊ poꝛtare inferi non pꝛeualebunt ad
uerſus eam.Super hanc inquit foꝛ
titudinem eternū extruam templuꝫ.
⁊ eccleſie mee celo inſerenda ſublimi
tas in huius fidei firmitate conſur
get.hāc cōfeſſionē poꝛte inferi non
tenebunt:moꝛtis uicula nō ligabūt.
uox eni iſta uox uite ē Et ſicut cōfeſ
ſoꝛes ſuos in celeſtia pꝛouenit:ita ne
gatoꝛeſ ad iferna demergit ꝓpter qd
dicit beatiſſimo Petro.Tibi dabo
claues regni celoꝛuꝫ.⁊ quecūqꝫ liga
ueris ſuper terrā erūt ligata ⁊ i celis
qcūqꝫ ſolueris ſup terrā:erūt ſoluta

ſoluta ⁊ in celis:tranſiuit quidem in
alios apoſtolos vis poteſtatis iſti⁹.
⁊ ad omnes eccleſie principes decre
ti huius cōſtitutio cōmeauit.ſ; nō
fruſtra vni cōmendatur:quod om
nibus intimatur. Petro enim ideo
hoc ſingulariter creditur: quia cun
ctis eccleſie rectoribus Petri forma
preponitur.manet ergo Petri priui
legium vbicunq; ex ipſius fertur eq
tate iudiciu;. Nec nimia eſt ſeueritas
vel remiſſio:vbi nihil erit ligatu; ni
hil ſolutum: niſi quod beatus Pe
trus aut ſoluerit aut ligauerit.Inſtā
te autem paſſione ſue que diſcipulo
rum erat turbatura conſtantiā. Si
mon inquit Simo ecce ſathanas ex
poſtulauit vos:vt cerneret ſicut triti
cu; .Ego aute; rogaui pro te vt non
deficiat fides tua. ⁊ tu aliquādo cō
uerſus confirma fratres tuos:vt nō
intretis in tentationem . Commune
erat omnibus Apoſtolis periculu;
de tentatione fortitudinis ⁊ diuine
protectionis auxilio pariter indige
bant.Quoniam diabol⁹ omnes ex
agitare:omnes cupiebat elidere:⁊ ta
men ſpecialis a domino Petri cu
ra ſuſcipitur ⁊ pro fide Petri prop̄e
ſupplicatur tanq; aliorum ſtatuſ cer
tior ſit futurus:ſi mens principis vi
cta non fuerit.In petro ergo omniū
fortitudo munitur.⁊ diuīe gratie ita
ordinatur auxilium:ut firmitas que
per Chriſtum petro tribuitur: per pe
trum Apoſtolis conferatur.Cu; ita
q; dilectiſſimi noſtri tantum nobis
uideamus preſidiū diuinitus īſtitu
tum rationabiliter ⁊ iuſte iudicis no
ſtri meritis ⁊ dignitate letamur.gra
tias agentes ſempiterno regi redem
ptori noſtro domino Ieſu chriſto:q
tantā potentia; dedit ei:quē totius
eccleſie principē fecit:ut ſi quid etia;
noſtris paribus recte per nos agit̄:
recteq; diſponitur:illius operibus:
illius ſit gubernaculis deputandū.
cui dictū eſt.Et tu conuerſus confir
ma fratres tuos. ⁊ cui poſt reſurrec
tionē ſuam ad trina; eterni amoris
profeſſionem myſtica inſinuatione
ter dixit. Paſce oues meas.Quod
nūc quoq; proculdubio facit:⁊ mā
datum domini pius paſtor exequit̄:
confirmans nos cohortationibus
ſuis ⁊ pro nobis orare non ceſſans
ut nulla tentatione ſuperemur . Si
autem hanc pietatis ſue curam omī
populo dei ſicut credendum eſt:ubi
q; pretendit:quantomagis nobis a
lumnis ſuis opem ſuam dignatur ī
pendere:apud quos in ſacro dormi
tionis thoro eadem qua preſidet car
ne requieſcit.Illi ergo hunc ſeruitu
tis noſtre natalicium diem:illi aſcri
bamus hoc feſtū:cuius patrocinio
ſedis ipſius meruimus eſſe cōſortes.
auxiliante nobis per omnia gratia
domini noſtri ieſu chriſti:qui uiuit
⁊ regnat cum deo patre ⁊ ſpiritu ſan
cto in ſecula ſeculorum Amen.

De collectis eiuſdē ſermo prim⁹.

m Ultis diuinarū ſcripturaꝝ te
ſtimoniſ edocemur:quātū ele
moſinaꝝ meritū ⁊ quāta ſit uirtus:
Certum eſt eni; unūquenq; noſtrū
anime ſue benefacere:quotiens mi
ſericordia ſua iopie ſuccurrit aliene.
Prompta ergo ⁊ facilis Dilectiſſimi
apud nos largitas eē debet: ſi credi
mus ſibi unūquenq; id p̄ſtar̄ quod
indigentibus tribuit. Theſaurum
eni ſuum condit in celo qui Chriſtū
paſcit ī paupere. Bēignitatē itaq; ī
hoc ⁊ diſpēſatōe; diuīe pietat̄ agno
ſce. Iccirco.n.te abūdare uoluit ut ꝑ
te ali⁹ nō egeāt:⁊ ꝑ miſteriū opis tui

pauperem ab egeſtatis labore: atq̄ʒ
a peccatorum multitudine liberaret.
o mira prouidētia creatoris: ut uno
facto duobus uellet eſſe ſuccurſum.
Uentura igitur dominica dies col
lectarum futura eſt. Hortor ⁊ moneo
ſanctitatem ueſtraʒ: ut ſinguli quiqʒ
⁊ pauperum memineritis: ⁊ ueſtri: ⁊
pro poſſibilitate uirium ueſtrarum
intelligatis in egentibus Chriſtum
qui tantuʒ nobis pauperes commē
dauit: ut ſe in ipſis ueſtiri ac ſuſcipi
teſtaretur ⁊ paſci Chriſtus deus no
ſter: qui cuʒ patre ⁊ ſpiritu ſancto ui
uit ⁊ regnat i ſecula ſeculorū Amē.

De collectis eiuſdē ſermo ſecūd⁹.

n Otum nobis dilectiſſimi ⁊ fa
miliare mandatum paſtorali
predicamus hortatu. ut in opere mi
ſericordie ſtudeatis eſſe deuoti. Quod
etiam ſi nunq̄ʒ a ueſtra ſanctitate ne
gligitur: nunc tamen promptius eſt
⁊ impenſius exequendū. quia prim⁹
collectarum dies ſaluberrime a ſan
ctis patribus inſtitutus hoc exigit.
ut unuſquiſqʒ prout uotiuum atqʒ
poſſibile eſt: in uſus atqʒ elemoſinā
pauperum de ueſtris facultatibus
conferatis. Scientes preter illud re
generationis lauacrum in quo uni
uerſorum ablute ſunt macule pecca
torum: hoc remedium infirmitati eē
donatum: ut ſi quid culparum i hac
terrena habitatione contrahitur: ele
moſinis deleatur. Elemoſine eni ope
ra charitatis ſunt: ⁊ ſcimus q̄ chari
tas operit multitudinem peccatorū.
Proinde dilectiſſimi in ſecundā fe
riaʒ ſpōtaneas collectas ueſtras ſol
licite preparate: ut quicquid nobis
de temporalibus ſubſtantiis dempſe
ritis id multiplicatū i eterna retribu
tione ſumatis.

De collectis eiuſdē ſermo tertius.

c Hriſtiane pietatis eſt dilectiſſi
mi ut que Apoſtolicis ſūt tra
ditionibus inſtituta: perſeueranti de
uotione ſeruentur. Nam illi beatiſſi
mi diſcipuli ueritatis hec diuinitus
inſpirata commendauere doctrina:
ut quotiens cecitas paganorum i ſu
perſtitionibus eorum eſſet intentior.
tunc precipue populus dei orationi
bus ⁊ operibus pietatis inſtaret.
Quoniam immundi ſpiritus quātū
gentilium errore letantur. tantuʒ ue
re religionis obſeruantia atterunt.
⁊ augmenta iuſtitie urunt ipietatis
auctorem: cuius ipia ⁊ prophana cō
menta beatus magiſter gentium p̄
cauebat: cū uoce apoſtolica diceret.
Nolite iuguʒ cum infidelibus duce
re: que enim participatio iuſtitie cū
iniquitate: aut que ſocietas lucis ad
tenebras: ⁊ deinde uocem propheti
ci ſpiritus addidit dicens. Exite exi
te de medio eorum: ⁊ ſeparamini di
cit dominus: ⁊ immunduʒ ne tetige
ritis. Unde quoniaʒ ad deſtruēdaſ
antiqui hoſtis inſidias in die quo i
pii ſub idolorum ſuorum nomie dia
bolo ſeruiebant prouidentiſſime in
ſancta eccleſia prima eſt inſtituta col
lectio. uolumus dilectionem ueſtraʒ
tertia feria per omnes regionum ue
ſtraruʒ eccleſias cum uolūtariis ob
lationibus elemoſinarū conuenire:
in quo opere ⁊ ſi non eſt omniuʒ eq̄
lis facultas: debʒ eē par pietas. quo
niam fidelium largitas non de mūe
ris penſatur pondere: ſed de beniuo
lentie quantitate. Habent in hoc mi
ſericordie cōmertio etiam pauperes
lucruʒ: ⁊ ad ſuſtentationem egentiū
de quantacunqʒ ſubſtantia aliquid

miſericordie cõmertio etiam paupe
res lucruz:⁊ ad ſuſtentationẽ egẽtiũ
de quantacunque ſubſtantia aliqd:
quod eos non contriſtet:excerpant.
Si diues munere copioſior:dũ pau
per animo non ſit inferior. Quãuis
eniz maior ſperetur redditus de ma
iore ſemente:poteſt tamen de exigua
ſatõe multuſ fructus ꝑuẽire iuſtitie.
Juſtus eſt.n.iudex noſter ⁊ verax:q
neminez fraudat mercede meritoꝝ.
Et ideo nos curam pauperum vult
habere:vt in future retributiõis exa
mine miſericordibus quã promiſit.
miſericordiam largiatur Chriſtꝰ de
us noſter:qui cuz patre ⁊ ſpiritu ſan
cto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorũ
Amen.

De collectis ⁊ elemoſina eiuſdez
ſermo quartus.

Iſericordia dilectiſſimi ⁊ iuſti
tia dei formam retributionuz
ſuarũ a mundi conſtitutione diſpo
ſitam per doctrinam domini noſtri
Jeſu chriſti benigniſſima nobis ex
poſitione reſeruauit:ut acceptis reꝝ
ſignificationibꝰ:q̃ futura credimꝰ:tã
quã geſta noſceremus. Sciebat eniz
redẽptor noſter atqz ſaluator quan
tos fallatia diaboli per totum mun
duz ſparſiſſet errores.⁊ quoniã mul
tis ſuperſtitionibus maximam ſibi
partẽ humani generis ſubdidiſſet.
Sed ne vltra ignorantiam ueritatis
creatura ad imaginẽ dei condita in
precipitia perpetue mortis ageret.
euangelicis paginis iudicij ſui ĩſeru
it qualitatẽ que omnẽ hominẽ a cal
lidiſſimi hoſtis reuocaret ĩſidijs:cuz
ſã nulli eſſet incognitum: que bonis
ſperanda premia:⁊ que malis eſſẽt
inferẽda ſupplicia. Jncentor nanqz
ille auctorqz peccati primum ſuper
bus vt caderet:deinde inuidus vt no
ceret:quia in ueritate non ſtetit.totã
vim ſuam in mendacio collocauit.
Omnia que deceptionum genera d
hoc venenatiſſimo artis ſue fonte ꝑ
duxit:vt ab illo bono quod ipe pro
pria elatione perdiderat:ſpez huma
ne deuotionis excluderet. Eoſqz in
conſortium damnationis ſue trahe
ret:ad quorum ipſe reconciliationẽ
pertinere non poſſet. Quicquid igi
tur hominum quibuſlibet ĩpietati
bus leſit huius fraude tractatũ:hu
ius eſt nequitia deportatum. Facile
eniz omnia flagitia impulit:quos re
ligione decepit. Sciens autem deum
non ſolũ uerbis ſed etiam factis ne
gari:multis quibus auferre non po
tuit fidez:ſuſtulit caritatez:⁊ agro cor
dis ipſorum auaritie radicibus occu
pato ſpoliauit fructu operum:quos
non priuauit confeſſione labioruz.
Propter has ergo dilectiſſimi uer
ſutias hoſtis antiqui ſcire nos uolu
it ineffabilis benignitas Chriſti:qd
in die retributionis de uniuerſitate
hominum eſſet decernendum.ut dũ
in hoc tempore legitimorum remedi
orum medicina prebetur.dum eliſis
reparatio non negatur:⁊ qui diu fue
runt ſteriles:poſſint tandem eſſe fecũ
di. Preueniatur diſpoſita cẽſura iu
ſtitie:⁊ nunquã a cordis oculis diui
ne diſtrictionis imago diſcedat. Ve
niet ergo in maieſtatis ſue gloria do
minus:ſicut ipe predixit: aderitque
cum eo radiãs in ſplendoribus ſuis
innumerabilis angelicarum multi
tudo legionuz. Congregabuntur an
te thronum potentie eius omnium
gentiuz populi:⁊ quicquid hominũ
uniuerſis ſeculis toto orbe terrarum
progenitum eſt:in conſpectu iudicã
tis aſtabit. Separabũtur ab iiuſtis

iuſtitia nocentibus innocentes: ⁊ cū
preparatum ſibi regnum recenſitis
miſericordie operibus filij pietatis
acceperit: exprobrabitur duricia ſte
rilitatis iniuſtis: ⁊ nihil habentes ſi
niſtri commune cum dextris ī igneȝ
ad diaboli ⁊ angelorum eius tormē
ta diſpoſitum omnipotentis iudicis
damnatione mittentur. cum illo ha
bituri pene cōmunionem: cuius ele
gerunt facere uoluntatem. Quis igi
tur iſtam ſortem eternoruȝ cruciatū
non primeſcat. Quis mala nonquā
finienda non timeatur: ſed cum ideo
denunciata ſit ſeueritas. ut miſericor
dia quereretur: in diebus preſentibus
cum miſericordie eſt largitate uiuen
dum: ut homini poſt periculoſā ne
gligentiam ad pietatis opera reuer
tenti poſſibile ſit ab hac ſententia li
berari. Hoc enim agit potentia iudi
cis hoc gratia. Saluatoris ut relin
quat impius uias ſuas ⁊ ab iniqui
tatis ſue conſuetudine diſcedat. mi
ſereantur pauperum: qui ſibi uolūt
parcere Chriſtum. faciles ſint in ali
menta miſerorum: qui cupiunt ad ſo
cietatem peruenire fideliuȝ. Non ſit
uilis homini homo. nec in quoquā
deſpiciatur illa naturā: quam rerum
conditor ſuam fecit. cui enim laborā
tium licet negare: quod Chriſtus ſi
bi profitetur impendi. Iuuatur con
ſeruus: ⁊ gratiam refert dominus.
Cibus egeni regni celeſtis eſt preciū
⁊ largitor temporalium heres effici
tur eternorum. Unde autem exigua
iſta impendia tāta eſtimari taxatio
ne meruerunt: niſi quia pōdera ope
rum charitatis lance penſantur: ⁊
cum amatur ab homine: quod de⁹
diligit: merito in eius aſcenditur re
gnum in cuius tranſitur affectum.
Ad horum ergo operum Dilectiſſi
mi piam curam dies: nos Apoſtoli
ce inſtitutionis inuitat: i quo ſancta
rum collectionum prima collatio eſt
prudenter a patribus ⁊ utiliter ordi
nata: ut quia i hoc tempore gentilis
quondam populus ſuperſticioſus
demonibus ſeruiebat: ꝯtra propha
nas hoſtias impioruȝ ſacratiſſima
noſtrarum elemoſinarum celebrare
tur oblatio. Quod quia icrementis
Eccleſie fructuoſiſſimum fuit: placuit
eſſe perpetuum. Unde hortamur ſā
ctitatē ueſtraȝ ut ꝑ Eccleſias regionuȝ
ueſtrarum quarta feria de facultati
bus ueſtris quantum ſuadet poſſibi
litas ⁊ uoluntas: ad expenſas miſeri
cordie conferatis. ut poſſitis illam
beatitudinem promereri: in qua ſine
fine gaudebit: qui itellegit ſuper ege
num ⁊ pauperem. Ad quem intelli
gendum eſt Dilectiſſimi ⁊ ſollicita
benignitate uigilandum: ut quē mo
deſtia tegit: ⁊ uerecundia impedit: in
uenire poſſimus. Sunt enim qui pa
lam poſcere ea quibus indigent: eru
beſcunt: ⁊ malunt miſeria tacite ege
ſtatis affligi: q̄ȝ publica petitione cō
fundi. intelligendi ergo iſti ſunt: ⁊ ab
occulta neceſſitate ſubleuādi: ut hoc
ipſo amplius gaudeant: cum ⁊ pau
pertati eorum conſultum fuerit: ⁊ pu
dori. Recte eniȝ in egeno ⁊ paupere
ipſius Ieſu Chriſti domini noſtri ꝑ
ſona ſentitur. Quoniam cuȝ eſſet di
ues: ſicut dicit Apoſtolus: inops fa
ctus eſt: ut nos ſua paupertate dita
ret. ⁊ ne deeſſe ſui preſentia uideretur
ita humilitatis ⁊ glorie ſue tempera
uit myſterium: ut quem Regeȝ ⁊ do
minum in maieſtate patris adora
mus: eundem in ſuis pauperibus pa
ſceremus. liberādi ob hoc in die ma
la a damnatione perpetua ⁊ pro ītel
lecti pauperis cura regni celeſtis cō

ſorcijs inſerendi. Ut autem in omnibus Dilectiſſimi placeat domino ueſtra deuotio etiaꝫ ad hanc uos hortamur induſtriam: ut Manicheos ubicunqꝫ latẽtes ueſtris preſbiteris publicetis. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum. ⁊ ipſuꝫ in eis cui ſeruiunt diabolum depellare. Contra iſtos eniꝫ Dilectiſſimi omnem quidem orbem terrarum ⁊ totam ubiqꝫ Eccleſiam licet fidei arma arripere. Sed ueſtra in hoc opere deuotio debet excellere: qui in ꝓgenitoribus ueſtris Euãgelium crucis Chriſti ab ipſo beatiſſimorum Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli ore didiciſtis. Non ſinantur latere homines qui legem per Moyſen datã in qua deus uniuerſitatis conditor oſtenditur: recipienduꝫ eſſe non credunt prophetis ⁊ ſancto ſpiritui contradicunt. pſalmos Daniticos qui per uniuerſalem Eccleſiam cum omni pietate cantantur: damnabili impietate auſi ſunt refutare. Chriſti domini natiuitatem ſecundum carnem negant. Paſſionem ⁊ reſurrectionẽ eius ſimulataꝫ dicunt fuiſſe: non ueram. baptiſmum regenerationis totius gratie uirtute diſpoliant. Nihil eſt apud eos ſanctum. nihil integrũ nihil uerũ. Cauendi ſunt: ne cuiquã noceant. prodendi ſunt: ne ĩ aliqua ciuitatiſ noſtre parte conſiſtant. Uobis dilectiſſimi ante tribunal domini proderit: quod indicimus: quod rogamus. pignum eſt eniꝫ ut elemoſinarum ſacrificio ⁊ huius operis palma iungatur. auxiliante nobis per omnia domino Jeſu Chriſto: qui uiuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen.

De collectis ⁊ elemoſinis eiuſdẽ ſermo Quintus.

Poſtolice traditionis Dilectiſſimi inſtituta ſeruãtes paſtorali uos ſollicitudine cohortamur. ut diem quem illi ab impiorum ſupſtitione purgatum miſericordie operibus conſecrarunt. deuotione religioſe cõſuetudinis celebremus. oſtẽdentes apud uos auctoritatem patrum uiuere: eorumque doctrinam ĩ noſtra obidientia ꝑmanere. Quoniam ſancta tante conſtitutionis utilitas non preterito tantum tempori ſed etiam noſtre ꝓſpexit etati: ut q̃ illis profuit ad deſtructionem uanitatum hoc nobis proficeret ad incrementa uirtutum. Quid autem tam aptum fidei quid tam conueniens pietati: q̃ꝫ egentium iuuare paupertatem: infirmorum curam recipere: fraterniſ neceſſitatibus ſubuenire ⁊ conditionis proprie in alioruꝫ labore meminiſſe. in quo opere q̃tuꝫ qs poſſit: quantum non poſſit: ſolus ueraciter ille diſcernit: qui nouit quid quibuſqꝫ contulerit. Non ſoluꝫ enĩ ſpiritales opes ⁊ dona celeſtia deo donante capiuntur: ſed etiam terrene ⁊ corporee facultates ex ipſius largitate proueniunt. ut merito rationẽ eorum queſiturus ſit: qui nõ magis poſſidenda tradidit: q̃ꝫ diſpenſãda commiſit. Muneribus igitur dei iuſte ⁊ ſapienter utendum eſt: ne materia boni operis fiat cauſa peccati. Nam diuitie quidem quantum ad ipſas ſpecies earum atqꝫ ſubſtãtias pertinet bone ſunt. ⁊ humane ſocietati plurimum proſunt: cum a beniuolis habent͛ ⁊ largis. nec illas aut luxurioſus prodigit. aut auarus abſtrudit. ut tam pereant male condite q̃ꝫ inſipienter expenſe. Quãuis aũt laudabile ſit in temperantiam fugere: ⁊ turpium uoluptatum damna

nitare:multiqꝫ magnifici dedignen
tur facultates ſuas occulere ⁊ inter
copias affluentes uilem atque ſoꝛdē
tem hoꝛreant parcitatem:non eſt ta
men talium aut felix abundãtia aut
pꝛobanda frugalitas:ſi ipſis tantuꝫ
pꝛopꝛie opes ſeruiunt:ſi eoꝛum bõis
nulli iuuãtur pauperes:nulli fouē
tur infirmi. ſi de magnarum abun
dantia facultatum non captiuus re
demptionem:non peregrinus ſola
tium:non exul ſentit auxilium. Hu
iuſmodi diuites egentioꝛes ſunt om
nibus egenis. perdunt enī illos red
ditus:quos poſſunt habere perpe
tuos. ⁊ dum breui nec ſemper libero
incubant uſui:nullo iuſtitie cibo nul
la miſericoꝛdie ſuauitate paſcuntur
foꝛis ſplendidi. intus obſcuri. abun
dantes tempoꝛalium inopes eterno
rum:qa ipſi aīas ſuas fame afficiūt
⁊ nuditate dehoneſtant:qui de his
que terrenis hoꝛreis commendarūt
nihil theſauris celeſtibus intulerūt
Sed foꝛte ſunt aliqui diuitum:qui
licet nullis largitionibus pauperes
Eccleſie ſolent adiuuare:alia tamen
mandata dei cuſtodiant:⁊ inter di
uerſa fidei ⁊ pꝛobitatis merita ueia
biliter ſibi eſtimant unaꝫ deeſſe uir
tutem. Verum hec tanta eſt: vt ſine
illa cetere ⁊ ſi ſint: pꝛodeſſe non poſ
ſint. Quamuis enim quis fidelis ſit
⁊ caſtus ⁊ ſobꝛius ⁊ alijs moꝛibus
oꝛnatus inſignibꝰ: miſericoꝛs tamē
ſi non eſt:miſericoꝛdiam non meretᷣ.
Ait enim dominus. Beati miſericoꝛ
des:quoniam ipſoꝛum miſerebitur
deus: Cum autem uenerit filius ho
minis in maieſtate ſua: ⁊ ſederit in
thꝛono gloꝛie ſue:⁊ congregatis oī
bus gentibus bonoꝛum ⁊ maloꝛuꝫ
fuerit facta diſcretio:i quo laudabū
tur:qui ad dextram dei ſtabunt: ni
ſi in operibus beniuolentie ⁊ chari
tatis officijs que Jeſus ſibi impēſa
reputabit. quoniam qui naturaꝫ ho
minis ſuaꝫ fecit:in nullo ſe ab humi
litate diſcreuit. Siniſtris uero quid
obijcietur:niſi neglectus dilectionis
duricia inhumanitatis:⁊ pauperibꝰ
miſericoꝛdia denegata: quaſi nec ali
as virtutes dextri:nec alias offenſi
ones habeant ſiniſtri. Sed illo ma
gno ſummoque iudicio tāti eſtima
bitur vel largitatis benignitas: uel
tenacitatis impietas: vt pꝛo plenitu
dine omnium virtutuꝫ ⁊ pꝛo ſumma
omnium commiſſoꝛum ⁊ per vnum
bonum iſti introducantur in regnū
⁊ per vnum malum illi mittantur in
ignem eternum. Nemo igitur dilec
tiſſimi de vllis ſibi bone uite meritis
blãdiatur:ſi illi defuerint opera cha
ritatis. nec de ſui coꝛpoꝛis puritate
ſecurus ſit qui nulla elemoſinarum
purificatione mundatur. Elemoſine
enim peccata delent: moꝛtē perimūt
⁊ penam perpetui ignis extinguunt
Sed qui ab earum fructu fuerit ua
cuus:erit ab indulgentia retribuen
tis alienus: dicēte Salomone. Qui
obturat aures ne audiat imbecillem
⁊ ipſe vocabit dominum:⁊ non erit
qui exaudiat eū. Unde ⁊ Thobias
filium ſuum pꝛeceptis pietatis iſtru
ens:ex ſubſtantia inquit tua fac ele
moſinam. ⁊ noli auertere faciem tu
am ab vllo paupere. ita fiet:ut nec a
te auertatᷣ facies dei. hec virtus oēs
facit vtiles eſſe virtutes q̄ ipſam quo
que fidem ex qua iuſtus uiuit:⁊ que
ſine operibus moꝛtua nominatur:ſui
admixtione uiuificat: quia ſicut in fi
de eſt operum ratio:ita in operibus
fidei foꝛtitudo. Dum ergo tempus
habemus:ſicut ait Apoſtolus: ope
remur bonum: maxime autē ad do

meſticos fidei. bonum autem facien
tes non deficiamus. tempore enī ſuo
metemus. Preſens itaque uita tem
pus eſt ſationis. et retributionis tem
pus eſt meſſis. quando unuſquiſq;
ſeminum fructus ſecundum ſatiōis
ſue precipiet quantitatem. De prouē
tu autem iſtius ſegetis nemo fallet
quia animorum ibi magis q̄ȝ impē
diorum menſura taxabitur. et tantū
reddent exigua de exiguis: quantuȝ
magna de magnis. et ideo dilectiſſi
mi ſatiſfiat apoſtolicis inſtitutis. et
quia die dominica prima eſt futura
collectio omnes uos deuotioni uo
lūtarie preparate: ut unuſquiſque ſe
cundum ſufficientiam habeat in ſa
cratiſſima oblatione conſortiuȝ. Ex
orabunt pro nobis et ipſe elemoſine
et ij qui ueſtris muneribus iuuabun
tur: ut ad omne opus bonuȝ idonei
ſemper eſſe poſſitis in Chriſto Jeſu
domino noſtro: qui uiuit et regnat ī
ſecula ſeculorum Amen.

De collectis ſermo eiuſdē Sextus:
Et de ieiunio decimi menſis primus.

Si fideliter dilectiſſimi atque ſa
pienter creationis noſtre intel
ligamus exordium: inueniemus ho
minem ideo ad imaginem dei cōdi
tuȝ ut imitator ſui eſſet auctoris. et hāc
eſſe naturalem noſtri generis digni
tatem: ſi in nobis quaſi in quodam
ſpeculo diuine benignitatis forma
reſplendeat. ad quam quotidie nos
utique reparat gratia Saluatoris:
dum quod cecidit in Adam primo:
erigitur in ſecunde. Cauſa autem re
parationis noſtre non eſt niſi miſeri
cordia dei. quem non diligeremus
niſi prius nos ipſe diligeret: et tene
bras ignorantie noſtre ſue ueritatis
luce diſcuteret. quod per ſanctuȝ Eſa
ïam dominus denuncians ait. Ad
ducam eos per uiam: quam ignora
bant. et ſemitaſ quas neſciebant: faci
am illos calcare: et non relinquā eoſ
Et iterum. Inuentus ſum inquit: a
non querentibus me et palam appa
rui ijs: qui me non interrogabāt. qđ
quomodo impletum ſit: Joannes
Apoſtolus docet: dicens. Scimus
quoniam filiuȝ dei uenit: et dedit no
bis ſenſum. ut cognoſcamus ueruȝ
et ſcimus in uero filio dei eius. Et ite
rum. Nos ergo diligamus deum:
quoniam ipſe prior dilexit nos. Di
ligendo itaque nos deus ad imagi
nem ſuam nos reparat. et ut ī nobis
formam ſue bonitatis inueniat: daſ
unde ipſi quoq; quod operatur: ope
remur. accendens ſcilicet mentium
noſtrarum lucernas: et igne nos ſue
charitatis inflammans: ut non ſolū
ipſum ſed etiam quicquid diligit: di
ligamus. Nam ſi inter homines ea
demum firma amicicia eſt: quaȝ mo
rum ſimilitudo ſociarit. cum tamen
parilitas uoluntatum ſepe in repro
bos tendit affectus. quantum nobis
optandum atque intendendum eſt:
ut in nullo ab ijs que deo ſunt placi
ta: diſcrepemus: de quo dicit Pro
pheta. Quoniam ira in īdignatione
eius: et uita in uoluntate eius: q̄a nō
aliter in nobis erit dignitas diuine
maieſtatis: niſi imitatio fuerit uolun
tatis. dicente itaque domio. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde
tuo et ex tota mente et diliges proxi
mum tuum ſicut teipſum. Suſcipiat
fidelis anima auctoris ſui atque recto
ris immarceſſibilem charitatem. to
tamque ſe etiam eius ſubijciat uolū
tati: in cuius operibus atque iudiciis
nihil uacat a ueritate iuſtitie. nihil a
miſeratione clementie. quoniam et ſi

magnis quis laboꝛibuſ, ⁊ multis fa
tigetur incōmodis: bona eſt illa cau
ſa tolerandi: qua ſe aduerſis uel cor
rigi intelligat: vel pꝛobari. Charita
tis vero iſtius pietaſ perfecta eſſe nō
poterit: niſi diligatur ⁊ pꝛoximus.
Quo nomine non ij tantū ītelligen
di ſunt: qui nobis amicicia ⁊ pꝛopin
quitate iunguntur. Sed omneſ pꝛoꝛ
ſus homines cum quibus nobiſ na
tura cōmunis eſt. ſiue illi hoſtes ſint
ſiue focij. ſiue liberi: ſiue ſerui: vnus
enim nos conditoꝛ finxit. unus nos
creatoꝛ animauit. eodem cuncti celo
⁊ aere ijſdem fruimur diebus ⁊ noc
tibus. Cūq3 alij ſint boni: alij mali:
alij iuſti: alij iniuſti: deus tamen om
nibus largitoꝛ oībus eſt benignus:
ſicut Lycaonijs a Paulo ⁊ Bar
naba Apoſtolis dicitur de pꝛouidē
tia dei q in pꝛeteritis generationibꝰ
dimiſit oēs gentes igredi uias ſuas.
⁊ quidem non ſine teſtimonio ſemet
ipſum reliquit benefaciens eis. de ce
lo dans pluuiam ⁊ tempoꝛa fructife
ra ⁊ implēs cibo ⁊ iuſtitia coꝛda no
ſtra. Dedit autem nobis maioꝛes di
ligendi pꝛoximum cauſas Chꝛiſtia
ne gratie latitudo. que ſe per omneſ
partes totius oꝛbis extendens dum
neminem deſpectat: docet neminem
negligendum. ⁊ merito etiam inimi
cos diligi: ⁊ pꝛo perſecutoꝛibus ſibi
pꝛecipit ſupplicari. Qui ex omnibuſ
quottidie gentibus fractis oliue ſue
ramis germen inſerens oleaſtri: de
inimicis recōciliatos de alienis ado
ptiuos: de impijs facit iuſtos: ut om
ne genu flectatur celeſtium terreſtiū
⁊ infernoꝛum: ⁊ omnis lingua confi
teatur: quia dominus Jeſus in glo
ria eſt dei patris. Cū ergo deuſ bo
nos uos eſſe uelit: quia bonuſ eſt: ni
hil debet de eius iudicijs, diſplicere:
Nā non ſēper omnia illi gratias age
re: quid eſt aliud: q̄3 ex quadam eū3
parte repꝛehendere: Audet plerūq3
humana inſipientia aduerſus creato
rem ſuum non ſolū3 de inopia mur
murare: ſed ⁊ cum aliquid non ſup
perit: querula ⁊ cum quedam exube
rant: ſit ingrata. Multe meſſis dn̄s
hoꝛreoꝛum ſuoꝛum plenitudinem fa
ſtidiuit: ⁊ ad copiam uindemie afflu
entiſ ingemuit. nec de magnitudine
fructuum gratulatus ſed de uilitate
conqueſtus eſt. Si autem parcioꝛ fu
erit in ſuſceptis terra ſeminibus: ⁊ ca
ſtigatioꝛe pꝛouentu uiteſ oleeque de
fluxerint: accuſatur annus: arguun
tur elementa: ⁊ nec aeri parcitur: nec
celo: cum fideles ⁊ pius diſcipulos
ueritatis nihil magis commendet ⁊
muniat: q̄3 perſeuerans in deum in
defeſſa laudatio: dicente Apoſtolo.
Semper gaudete ſine intermiſſione
oꝛate i omnibus gratias agite. Hec
enim uoluntaſ dei eſt: in Chꝛiſto Je
ſu in omnibus vobis. Huius autē
deuotionis quemadmodum poteri
mus eſſe participes: niſi rerum uarie
tas conſtantiam mentis exerceat: ut
amoꝛ directus in deum nec inter ſe
cundā ſuperbiat. nec inter aduerſa d
ficiat. Quod placet deo: placeat ⁊
omnibus nobis: de omni menſura
munerum eius gaudeamus. qui be
ne uſus ē magnis utatur bene ⁊ mo
dicis. tam nobis copia q̄3 parcitate
cōſulitur. Nec in ſpiritalibus lucris
anguſtia grauabimur fructuum: ſi
fecunditas non areſcat animoꝛum.
Oꝛiatur de coꝛdis agro: quod terra
non dedit. Semp illi quod largiatꝛ:
occurrit: cui bene uelle nō deficit Ad
ſed i noſtra congreditur humilitate
obyciens eandem formaꝫ eandem
qꝫ naturam mortalitatis qdem no
ſtre participem:ſed peccati totius ex
pertem. Alienum quippe ab hac na
tiuitate eſt:quod de omnibus legit᷑:
nemo mūdus a ſorde:nec īfans vni
us diei:cuius vita eſt ſuper terram.
Nihil ergo i iſtam ſingularem nati
uitateꝫ de carnis concupiſcentia trā
ſiuit.nihil de peccati lege manauit.
Virgo regia Dauidice ſtirpis eligit᷑
que ſacro grauidanda fetu diuinam
humanenque prolem prius conce
pit mente: qꝫ corpore. ⁊ ne ſuperni
ignara cōſilij ad inuſitatos paueret
affatus.quod i ea operandum erat
a ſpiritu ſancto: colloquio diſcit an
gelico:nec damnum credit pudoris
dei genitrix mox futura. Cur enim ſ
conceptionis nouitate deſperet: cu
iuſ efficientia de altiſſimi virtute pro
mittitur.confirmatur credentis fides
etiam precuntis atteſtatione miracu
li. Donaturque Heliſabeth iopina
ta fecunditas. ut qui conceptum de
deram ſterili:daturus non dubitare
tur ⁊ virgini. Verbum igitur dei de
us filiꝰ dei:qui i principio erat apud
deum:per quem facta ſunt omnia:⁊
ſine quo factum eſt nihil: propter li
berandum hominez ab eterna mor
te factuſ eſt homo.ita ſe ad ſuſceptio
nem humilitatis noſtre ſine diminu
tione ſue maieſtatis iclinans:vt ma
nenſ quod erat:aſſumenſque quod
non erat:veram ſerui formam ei for
me i qua deo patri eſt equaliſ vniret
Et tanto federe naturam vtranque

conſereret:vt nec īferiorem conſume
ret glorificatio.nec ſuperioreꝫ minue
ret aſſumptio. Salua igitur proprie
tate vtriuſque ſubſtantie ⁊ i vnaꝫ co
eunte perſonaꝫ:ſuſcipitur a maieſta
te humilitas. ab eternitate mortali
tas.⁊ ad rependendum noſtrē cōdi
tionis debitum: natura īuiolabilis
nature eſt vnita paſſibili. Deuſque
verus ⁊ homo verus i vnitatem do
mini temperatur:vt quod noſtris re
medijs congruebat:vnuſ atque idē
dei hominumque mediator ⁊ mori
poſſet ex altero. Merito igitur vir
ginee itegritati nihil corruptionis i
tulit partus ſalutis:quia cuſtodia fu
it pudoris editio veritatis. Talis igi
tur dilectiſſimi natiuitas decuit dei
virtutem ⁊ dei ſapientiam Chriſtuꝫ
qua nobis ⁊ humilitate congrueret
⁊ diuinitate precelleret. Niſi enim eſ
ſet verus deus:non afferret remedi
um.niſi eſſet homo verus: nō prebe
ret exemplum. Ab exultantibus er
go angelis naſcente domino gloria
in excelſiſ deo canitur:⁊ pax in terra
bone voluntatis hominibuſ nuntia
tur. Vident eni celeſtem Hieruſaleꝫ
ex omnibus gentibus mundi fabri
cari:de quo inenarrabili diuine pie
tatis opere quantuꝫ letari debet hu
militas hominum:cum tantuꝫ gau
deat ſublimitas angeloruꝫ. Agamꝰ
ergo dilectiſſimi gratias deo patri
per filium eius i ſpiritu ſancto: qui
propter multam charitatem ſuam
qua dilexit nos miſertus eſt noſtri.
cum eſſemus mortui peccatis:conui
uificauit nos Chriſto:ut eſſemus in
ipſo noua creatura:nouūque figmē
tum. Deponamus ergo veterem ho
minem cum actibus ſuis. ⁊ adepti
participationem generationis Chri
ſti:carnis renuntiemus operibus.

Agnoſce o Chriſtianē dignitatē tuā
⁊ diuine cōſors factus nature noli i
veterem vilitatem degeneri ꝯuerſa
tione redire. Memēto cuius capitiſ
⁊ cuius corporis ſis membrū. remi
niſcere ꝙ erutꝰ de poteſtate tenebra
rum trāſlatus es i dei lumē ⁊ regnū
Per baptiſmatis ſacramentū ſpūſ
ſancti factus es templū. Noli tantū
habitorē prauis a te actibus effuga
re: ⁊ diabolice iterum ſubijcere ſerui
tuti. qa precium tuū ſanguis ē Chri
ſti: q veritate te iudicabit. qui miſeri
cordia te redemit: qui cū patre ⁊ ſpi
ritu ſcō regnat i ſecula ſeculoꝝ Amē

De natale dn̄i eiuſdē ſmo ſcd̄us.

Exultemus in domino dilectiſ
ſimi ⁊ ſpiritali iocūditate lete
mur: qa illuxit nobis dies redēptio
nis noue reparationis antique feli
citatis eterne: reparatᷣ eni nobis ſa
lutis noſtre annua reuolutiōe ſacra
mentum ab initio promiſſum ſine fi
ne manſurum. i quo dignū ē nos er
rectis ſurſum cordibus diuinū ado
rare myſteriū. ut qđ magno dei mu
nere agitᷣ magnis eccleſie gaudijſ ce
lebremus. Deus cui oīpotens et cle
mens cuius natura bonitas: cuiꝰ uo
luntas potētia: cuius opꝰ miſericor
dia eſt: ſtatim vt nos diabolica mali
gnitas veneno ſue mortificauit inui
die predeſtinata renouādis mortali
bus ſue pietatiſ remedia iter ipa mū
di primordia pſignauit. denuntians
ſerpēti futuꝝ ſemen mulieris: qđ no
xij capitis elationē ſua virtute conte
reret. Chriſtū ſcilicet i carne venturꝝ
deum hominēq; ſignans qui natuſ
ex virgine violatorem humane pro
paginis icorrupta natiuitatē dāna
ret. Nam q: gloriabatᷣ diabolus ſua
fraude deceptū hoīem diuinis car
niſſe muneribus: ⁊ imortalitatis do
te nudatum duram mortis ſubijſſe
ſentētiam: ſeq; i malis ſuis quoddā
de preuaricatiōis cōſortio inueniſſe
ſolatiū: deum quoq; iuſte ſeueritatꝫ
exigente ratione erga hoīem: quē i
tanto honore cōdiderat: antiquam
mutaſſe ſententiā: opus fuit dilectiſ
ſimi ſecreti diſpenſatione conſilij. ut
incommutabilis deus cuius volun
tas nō poteſt ſua benignitate priua
ri: primā pietatis ſue diſpoſitionem
ſacramēto occultiore cōpleret. ⁊ ho
mo diabolice iniqtatis verſutia coa
ctus i culpā cōtra dei propoſitū non
periret. Aduenietibus ergo tēporibuſ
dilectiſſimi que redēptioni hominū
fuerāt preſtituta: igreditᷣ hec infima
Jeſus Chriſtus dominuſ noſter de ce
leſti ſede deſcēdens ⁊ a paterna glo
ria nō recedēs: nouo ordie noua na
tiuitate generatus. Nouo ordie qa
i uiſibilis i ſuis uiſibilis factus eſt i
noſtris. icomprehenſibiliſ uoluit cō
prehendi. ante tēmpora manenſ eſſe
cepit ex tēpore. Uniuerſitatis domi
nus ſeruilē formā obumbrata maie
ſtatis ſue dignitate ſuſcepit. Impaſſi
bilis deus non dedignatuſ ē homo
eſſe paſſibilis. ⁊ imortalis mortis le
gibus ſubiacere. Noua aūt natiuita
te generatus: qa conceptus a uirgie
natus ex uirgine ſine paterne carniſ
cōcupiſcētia ſine materne itegritatiſ
iniuria qa futurum hominum Sal
uatorem talis ortus decebat: q ⁊ in
ſe haberet humane ſubſtantie natu
ram: ⁊ humane carnis i quinamēta
neſciret. Autor eni in carne naſcendi
deus eſt: teſtante angelo ad beatam
uirginē Mariā quia ſpūs ſanctus
ſuperueniet in te: ⁊ uirtus altiſſimi
obumbrabit tibi. ideoq; qđ naſcetᷣ
ex te ſāctū uocabitᷣ filius dei. Origo

Origo diſſimilis ſꝫ naturā ꝯſimilis
hūano uſu ⁊ ꝯſuetudīe caret: ſꝫ diui
ne caret: ſꝫ diuina poteſtate ſubnixū
eſt: quod uirgo cōceperit: qđ uirgo
peperit: uirgo ꝑmanſerit. Non hic
cōſideretur parientis conditio: ſed na
ſcentis arbitriū. Qui ſic homo fact⁹
eſt: ut uolebat ⁊ poterat. Si ueritatē
queris: humane nature agnoſce ma
teriam. ſi rationē ſcrutaris originis
uirtutem cōfitere diuinā. Venit eni
dominus Jeſus Chriſtus contagia
noſtra auferre non perpeti. nec ſuc
cumbere uitijs ſed mederi. Venit ut
oēm langorē corruptionis ⁊ uniuer
ſa uitia ſordentium curaret animaꝝ
propter qđ oportuit eū ut nouo na
ſceretur ordie: q nouam ipollute ſin
ceritatis grām humanis corporib⁹
īſerebat oportuit eni vt primaꝫ geni
tricis virginitatē naſcētis icorruptō
cuſtodiret. ⁊ cōplacituꝫ ſibi clauſtrū
pudoris ⁊ ſanctitatis hoſpitium; di
uini ſpiritus virtus īfuſa ſeruaret. q
ſtatuerat deiecta erigere: confracta
ſolidare: ⁊ ſuperādis carniſ illecebriſ
multiplicatā pudicicie donare virtu
tem: vt virginitas que ī alijſ non po
terat ſalua eſſe generando: fieret ⁊ in
alijs imitabilis renaſcēdo. Hoc ip
ſum autem dilectiſſimi qđ Chriſtus
naſci elegit ex virgine nonne appa
ret altiſſime fuiſſe rationi: ut ſcilicet
humano generi natam ſalutē diabo
lus ignoraret: ⁊ ſpiritali latente con
ceptu quē non aliū videret q̄ꝫ alios:
non aliter crederet natum q̄ꝫ ceteroſ
Cuius eni ſimilē cum vniuerſis ad
uertit naturā: parē habere arbitrat⁹
eſt cum oībus cauſam. Nec itellexit
a trangeſſionis uiculis liberū: quem
ab īfirmitate mortalitatis nō iuenit
alienuꝫ. Verax nanqꝫ miſericordia
dei cū ad reparandū humanum ge
nus ieffabiliter multa ſuppeterent:
hanc potiſſimā cōſulendi viaꝫ elegit
qua ad deſtruendum opus diaboli
non virtute vteretur potentie: ſꝫ ra
tione iuſtitie. Nam ſupbia hoſtiſ an
tiqui non īmerito ſibi ī oēs homies
ius tyrannicum vēdicabat. nec ide
bito domiatu premebat: quos a mā
dato dei ſpōtā heos ī obſequiuꝫ ſue
voluntatis allexerat. nō itaqꝫ iuſte
amitteret originalē dediticij ſeruitu
tē: niſi de eo qđ ſubegerat: uiceretur
Quod vt fieret: ſine virili ſemine edi
tus eſt Chriſtus ex uirgine. quaꝫ nō
humanuſ ortus ſed ſpūs ſanctus fe
cūdauit ⁊ cum ī oībus matribus nō
fiat ſine peccati ſorde cōceptio: hec ī
de purgationē traxit: unde cōcepit.
Quo eni paterni ſeminis tranſfuſio
nō peruenit: peccati ſe illic origo nō
miſcuit. Inuiolata virginitas concu
piſcentiam neſciuit. ſubſtantiā mini
ſtrauit. aſſumpta eſt de matre domi
ni natura nō culpa. creata eſt forma
ſerui ſine cōditione ſeruili. qa nouuſ
homo ſic cōtemperatus eſt veteri: vt
⁊ ueritatē ſuſciperet generis: ⁊ vitiū
excluderet vetuſtatis. Cuꝫ igitur mi
ſericors oīpotenſqꝫ Saluator ita ſu
ſceptioniſ humane moderaret̄ exor
dia: vt virtuteꝫ īſeparabilis a ſuo ho
mine deitatis per velamen noſtre in
firmitatis abſconderet: illuſa eſt ſecu
ri hoſtis aſtutia q natiuitatē pueri ī
ſalutē generis humani procreati nō
aliter ſibi q̄ꝫ oīum naſcentium puta
uit obnoxiam. Vidit eni vagientem
atqꝫ lachrymantē. vidit pānis iuolu
tuꝫ: circūciſioni ſubditū: ⁊ legalis ſa
crificij oblatione ꝑfunctū. Agnouit
deinceps ſolita puericie īcrementa:
⁊ vſqꝫ ī viriles annos de naturalib⁹
nō dubitauit augmētis. Inter hec ī
tulit cōtumelias. multiplicauit iniu

rias. Adhibuit maledicta. obpꝛbria: blaſphemias. ⁊. cõuitia. oẽm poſtre mo i ipſũ uiz furoꝛis ſui effudit. Oia tẽptamẽtoꝝ genera pꝛecurrit. ⁊ ſciẽs quod humanã naturã iſeciſſet uene no: nequaq̃ꝫ credidit pꝛime trãſgreſ ſionis exoꝛtẽ: quẽ tot documẽtis di dicit eſſe moꝛtalẽ. Perſtitit ergo im pꝛobus pꝛedo ⁊ auarus exactoꝛ i eũ q nihil ipſius hẽbat: inſurgere. ⁊ dũ uitiate oꝛiginis pꝛeiudiciũ generale pſequitur: chirographũ quo uteba tur: excidit ab illo iniquitatiſ exigẽſ penã: i quo nullã repperit culpam. Soluiť ibiq̃ꝫ letiſere pactioniſ male ſuada. cõſcriptio: ⁊ p iniuſtitiaꝫ pluſ petẽdi: totius debiti ſũma uacuatur Foꝛtis ille nectiť ſuis uiculiſ. ⁊ omne cõmentum maligni i caput ipſiuſ re toꝛqueť. ligato mũdi pꝛicipe raptiui tatis uaſa rapiunť. redit ab antiqs cõtagijs purgata natura: moꝛſ moꝛ te deſtruiť: natiuitas natiuitate repa ratur. Quoniã ſimul ⁊ redẽptio au fert ſeruitutem: ⁊ regeneratio mutat oꝛiginẽ. ⁊ fides iuſtificat peccatoꝛeꝫ. Quiſqs ergo Chꝛiſtiano nomie pie ⁊ fideliter gloꝛiaris: recõciliationis huius gr̃am iuſto perpende iudicio Tibi eni quondaꝫ abiecto tibi per longa exilia moꝛiẽti tibi i puluerem ⁊ cinerem diſſoluto cui iam nõ erat ſpes ulla uiuẽdi: per icarnationem uerbi poteſtas data ẽ: ut de longin quo ad tuũ reuertaris autoꝛẽ. reco gnoſcas parẽtem. liber efficiaris ex ſeruo. de extraneo pꝛouehariſ i filiũ ut q ex corruptibili carne natus es ex dei ſpiritu renaſcaris. ⁊ obtineas per gr̃am: qđ non habebas p natu ram. ⁊ ſi te dei filiũ per ſpũm adop tionis agnoueriſ: ut deũ patrẽ aude as nuncupare. Male cõſcientie rea tu abſolutꝰ ad celeſtia regna ſuſpireſ

uoluntatẽ dei facias diuino fultus auxilio. imiteris angelos ſup terrã. imoꝛtalis ſubſtãtie uirtute paſcariſ ſecurus aduerſus inimicas tẽptatio nes pꝛopꝛia libertate cõfligas. ⁊ ſi celeſtis militie ſacramẽta ſeruaueriſ nõ dubites te in caſtris triumphali bus Regis eterni pꝛo uictoꝛia coꝛo nandũ. cũ te reſurrectio pijs parata ſuſceperit i Regni celeſtis cõſoꝛtiuꝫ pꝛouehendũ. Habentes ergo tante ſpei fiduciã dilectiſſimi i fide q̃ fũda ti eſtis ſtabiles pmanete. ne idẽ ille tẽptatoꝛ cuius iã a nobis dominati onem: Chꝛiſtꝰ excluſit: aliqbus nos iterũ ſeducat iſidijs ⁊ hec ipſa pꝛeſen tiſ dici gaudia fallacie ſue arte corrũ pat: illudens ſimpliciorib9 aĩs de quoꝛũdam pſuaſione peſtifera: qbꝰ hec dies ſollẽnitatis noſtre nõ tam de natiuitate Chꝛiſti: q̃ꝫ de noui ut dicũt: ſolis oꝛtu honoꝛabilis uideať quoꝝ coꝛda uaſtis tenebꝛis obuolu ta ab omni icremẽto uere lucis alie na ſunt. ⁊ qa ſupꝛa id qđ carnali in tuentur aſpectu: nequeũt aciẽ mẽtis erigare: miniſtra mũdi luminaria di uino honoꝛe uenerant. Abſit ab aĩs Chꝛiſtianis ipia ſupſtitio: pꝛodigio ſumq̃ꝫ mendaciũ. ultra oẽm moduꝫ diſtant a ſempiterno tẽpoꝛalia. ab i coꝛpoꝛea. a domiatoꝛ ſubiecta. Que ⁊ ſi mirandã habẽt pulchꝛitudineꝫ adoꝛondã tamẽ non habẽt deitateꝫ Illa ergo uirtuſ illa ſapientia illa eſt colẽda maieſtas que uniuerſitatem mundi creauit ex nihilo. ⁊ i quaſ uo luit foꝛmas atq̃ꝫ menſuras terrenaꝫ celeſtemq̃ꝫ ſubſtantiaꝫ oĩpotenti ra tione pduxit. Sol luna ⁊ ſydera ſint cõmoda utentibus ſint ſpecioſã cer nentibus ſint: ſed ita ut de illis igra tie referanť autoꝛi. ⁊ adoꝛeť deus: q cõdidit: non creatura q̃ ſeruit. Lau

date igiť dominū dilectiſſimi i oībꝰ
operibus eiꝰ: atqꝫ iudicijs . ſit i no
bis idubitate credulitas uirginee in
tegritatiſ ⁊ partus.reformatiōis hu
mane ſacrum diuinumqꝫ myſteriuꝫ
ſancto atqꝫ ſincero honorate ſeruitō
Amplectimini Chriſtuꝫ i noſtra car
ne naſcentē:ut eundē deuꝫ glorie ui
dere mereamini in ſua maieſtate re
gnantē. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſcō
manet i ſecula ſeculoꝝ Amen.

De natiuitate dn̄i eiuſdē ſmo tertiꝰ.

Ora quidem ſunt nobis dile
ctiſſimi ⁊ frequenter audita:q̄
ad ſacramenta pertinet ſollem
nitatis hodierne.ſꝫ ſicut illeſis ocu
lis uoluptatem affert lux iſta uiſibi
lis:ita cordibus ſanis eternum dat
gaudium natiuitas ſaluatoris: que
a nobis nunquam eſt reiicienda. Nō
eniꝫ ad illud tantūmodo ſacramētū
quo filius dei conſempiternus eſt
patri:ſed etiam ad hunc hortuꝫ quo
uerbum caro factum eſt : credimus
pertiere quod dictum ē:generationē
eius quis enarabiť Deus itaqꝫ dei
filius par atqꝫ eadem de patre ⁊ cuꝫ
patre natura uniuerſitatis creator ⁊
dominus totus ubique preſens ⁊
uniuerſa excedēs in ordine tempoꝝ
qꝫ ipſius diſpoſitionē diſcurrūt:hūc
ſibi diem quo i ſalutē mūdi ex beata
uirgine naſcereť:elegit intrego ꝑ oīa
pudore generantis Cuius uirgini
tas ſicut nō eſt uiolata partu:ſic nō
fuerat temerata conceptu.ut ipleret
ſicut ait Euangeliſta:qđ dictū eſt a
domino per Eſaiam Prophetam.
Ecce virgo cōcipiet i vtero: ⁊ pariet
filiū:⁊ vocabiť nomē eiꝰ Emanuel:
qđ interpretať nobiſcū deꝰ. Hic eni
mirabilis ſacre virginis partus ve
re humanā vere diuinaꝫ vna edidit
prole naturā.q: non ita proprietateſ
ſuas tenuit vtraqꝫ ſubſtantia:vt per
ſonaꝝ i eis poſſit eſſe diſcretio . nec
ſic creatura i ſocietatē creatoris ē aſ
ſumpta : vt ille habitator ⁊ illa habi
taculū eſſet:ſed ita ut nature alteri al
tera miſcereť. ⁊ q̄uiſ alia ſit: que ſuſci
pitur:alia uero que ſuſcipit:in tantā
tamē unitatē cōuenit utriuſqꝫ diuer
ſitas:ut unus idemqꝫ ſit filiuſ:qui ſe
⁊ ſecūdū quod ē homo:p̄re dicit mi
norē:⁊ ſecundū quod uerus ē deus:
patri profiteť equalē. Hanc vnitatē
dilectiſſimi qua creatori creatura cō
ſeritur:itelligentie oculis cernere ce
citas Arriana nō potuit.que unige
nitū dei eiuſdemqꝫ cuꝫ patre glorie
atqꝫ ſubſtātie eſſe nō credens mino
rem dixit filij deitatem. De ijs argu
mēta ſumēs que ad formam ſunt re
ferenda ſeruilē quam idē filius dei
ut oſtendat in ſe nō diſcrete neqꝫ al
terius perſone:ſic cum eadem dicit.
Ego ⁊ pater unū ſumus.i forma eni
ſerui quam noſtre reparationis cau
ſa i ſinē ſeculoꝝ ſuſcepit:minor eſt pa
tre.i forma aūt dei i qua erat ante ſe
cula:equaliſ eſt patri. In humilitate
humana factus eſt ex muliere. factꝰ
ſub lege. In maieſtate diuīa manēs
dei verbuꝫ per quod facta ſunt oīa.
Proīde q manēs in forma dei fecit
hominē:i forma dei factus ē homo.
ſed vtrumqꝫ deus đ maieſtate ſuſci
pientiſ:utrūqꝫ homo de humilitate
ſuſcepti. Tenet eni ſine defectu pro
prietatem ſuā vtraqꝫ natura . ⁊ ſicut
formam ſerui forma dei nō adimit:
ita formā dei ſerui forma nō minuit.
Sacramentū itaqꝫ vnite cū ifirmita
te uirtutiſ propter eandē dei ⁊ homi
nis perſonē minorē patre dici filiuꝫ
ſinit.deitas aūt que una ē i trinita
te patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti oēꝫ opi

nionē inequalitatis excludit. nihil
eni ibi habet eternitas tēporale: ni
hil natura diſſimile. una illic uolun
tas ē. eadem ſubſtātia par poteſtas:
⁊ nō tres dei: ſed vnus ē deus: quia
⁊ īſeparabilis ē vnitas: vbi nulla po
teſt eē diuerſitas: integra igit̄ veri ho
minis perfectaqꝫ natura verus na
tus ē deus totus ī ſuis totus in no
ſtris: noſtra aūt dicim⁹: que ī nobis
ab initio creator cōdidit. ⁊ que repa
randa ſuſcepit: Nā illa que deceptor
fuerit: ⁊ homo decept⁹ admiſit: nul
lū haberunt ī ſaluatore veſtigiū. nec
qa cōmunionem humanaꝝ ſubijt ī
firmitatum: ideo noſtroꝝ particeps
fuit delictoꝝ. aſſumpſit formaꝫ ſerui
ſine ſorde peccati. hūana prouehēs
diuina nō minuens. Exinanitio illa
qua ſe iuiſibilis viſibilē prebuit: īcli
natio fuit miſerationis defectio po
teſtatiſ. Vt ergo ad eternā beatitudi
nem ab originalibus uiculiſ ⁊ a mū
danis reuocemur erroribus: ipſe ad
nos deſcēdit: ad quē noſ nō potera
mus aſcēdere. qa ⁊ ſi multis inerat
amor veri: īcertatū tamē opinionuꝫ
varietas fallentiū demonū decipie
bat̄ aſtutia. ⁊ falſi nois ſcientia ī di
uerſas cōpugnanteſqꝫ ſententias hu
mana ignorātia trahebat̄. Ad auſe
rendū autē hoc ludibriū, quo capti
ue mētes ſuperbiēti diabolo ſeruie
bāt: nō ſufficiebat doctrina legalis
nec per ſolas cohortatiōes prophe
ticas poterat natura noſtra repara
ri: ſed adijciāda erat veritas redēptio
nis mortalibus īſtitutis. ⁊ corruptaꝫ
ab initio originē nouiſ renaſci opor
tebat exordijs. Offerēda erat pro re
conciliandis hoſtia que eſſet noſtri
generis ſocia: ⁊ noſtre cōtaminatio
nis aliena: vt hoc propoſitū dei quo
peccatum mūdi in Jeſu Chriſti pla

cuit natiuitate ac paſſionē delere ad
oium generationū ſecula pertineret
nec turbarēt nos: ſed potius ꝯfirma
rēt myſteria pro tēporum ratiōe ua
riata: cū fides qua viuim⁹: nulla fue
rit etate diuerſa. Ceſſent igitur illoꝝ
querele: q impio murmure diuinis
diſpēſationib⁹ obloquentes de do
minice natiuitatis tarditate cauſan
tur. tanqꝫ preteritis tēporibus nō ſit
īpenſum qđ in vltima mūdi etate ē
geſtuꝫ. Verbi īcarnatio hec cōtulit
faciendaſque facta. ⁊ ſacramentū ſa
lutis humane ī nulla unqꝫ antiqta
te ceſſauit. Quod pdicauerūt Apo
ſtoli: hoc annūciauerunt Prophe
te. nec ſero eſt ipletū: qđ ſemper ē cre
ditū. Sapiētia ⁊ benignitas dei ac
ſalutiferi opis mora capaciores nos
ſue vocationis effecit: ut qđ multis
ſignis multis vocib⁹ multiſque my
ſterijs per tot fuerat ſecula prenun
ciatū: ī his diebus Euangelij nō eſ
ſet ambiguū. Et natiuitas que oia
miracula oēmqꝫ intelligētie erat ex
ceſſura mēſuram tanto cōſtantioreꝫ
ī nobis gigneret fidem quāto predi
catio eiuſ ⁊ antiquior preceſſiſſet: ⁊ cre
brior. Nō itaqꝫ nouo ꝯſilio deuſ re
bus humanis nec ſera miſeratione
cōſuluit. ſed a cōſtitutione mūdi una
eandemqꝫ oibus cauſam ſalutis iā
ſtituit. Gratia aūt dei qua ſemp ē vni
uerſitas iuſtificata ſanctoꝝ: aucta eſt
Chriſto naſcente nō cōcepta. Et hoc
magne pietatis ſacramētum quo to
tus iam mūdus ipletus eſt: tam po
tens etiā ī ſuis ſignificationib⁹ fuit:
ut non minus adepti ſint: q i illud
crediderūt promiſſuꝫ: qꝫ qui ſuſcepe
donatum. Unde cum manifeſta pie
tate dilectiſſimi tāte in nobis diuie
bonitatis effuſe ſint gratie: qbus ad
eternitatem uocandiſ nō ſolū exem

plū precedentium utilitas miniſtra
uit: ſed ēt ipſa ueritas uiſibilis ⁊ cor
poralis apparuit: nō ſegni atqꝫ car
nali leticia diē dominice natiuitatis
celebrare debem⁹. qđ digne ac dili
gēter fiet a ſingulis: ſi meminerit quiſ
qꝫ cuius mēbruꝫ ſit: ⁊ cui corpori co
aptatū. ne ſacre edificationi diſcors
cōpago non hereat. Cōſiderate dile
ctiſſimi ⁊ ſecundū illuminationē ſpi
ritus ſci prudenter aduertite: qs noſ
i ſe ſuſceperit: ⁊ quē ſuſcepimus in
nobis. quoniā ſicut factus eſt domi
nus caro noſtra naſcēdo: ita ⁊ nos
facti ſumus ipſius renaſcēdo. ideo
⁊ mēbra Chriſti ⁊ tēpluꝫ ſumus ſpi
ritus ſācti: ⁊ ob hoc beatus Apoſto
lus dicit. Glorificate ⁊ portate deuꝫ
i corpore ueſtro: q formaꝫ nobis ſue
māſuetudinis ⁊ humilitatis iſinuāſ
ea nos uirtute imbuit: qua redemit.
ipſo domio pollicente uenire ad me
oēs qui laboratis: ⁊ onerati eſtis: ⁊
ego reficiā uos. Tollite iugum meū
ſuper eos: ⁊ diſcite a me qa mitis ſū
⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requieꝫ
animabus uris. Suſcipiam⁹ ergo
regentis uoſ ueritatis nō graue nec
aſperū iugū. ⁊ ſimus eius humilita
ti ſimiles: cuius glorie uolumus eſſe
cōformes: ipſo auxiliante ⁊ perducē
te nos ad promiſſiones q ſecunduꝫ
magnā miſericordiam ſuam potens
eſt peccata noſtra delere. ⁊ ſua i no
bis dona perficere. Jeſus Chriſtus
dominuſ noſter. qui uiuit ⁊ regnat i
ſecula ſeculoꝝ Amen.

De natiuitate dñi eiuſdē ſmo qrt⁹.

Semper qdeꝫ dilectiſſimi diuer
ſis modiſ multiſqꝫ mēſuriſ hu
mano generi ueritas diuina conſu
luit. ⁊ plurima prouidētie munera
ſua oībus retroſeculis clemētia im
partijt. Sed i nouiſſimis tempoꝛib⁹
oēm abundantiā ſolite bonitatiſ ex
ceſſit quando in Chriſto ipſa ad pec
catores miſericordia ipſa ad erran
tes ueritas ipſa ad mortuos uita de
ſcendit. Ut verbū illud coeternum
⁊ coequale genitori i unitate deitatiſ
ſue materiam noſtre humilitatis aſ
ſumeret. ⁊ deus de deo natus idem
etiam de homine naſceretur. Pro
miſſum qdem hoc a cōſtitutiōe mū
di: ⁊ multis ſignificationibus reruꝫ
atqꝫ uerboꝝ ſemper furrat prophe
tatum. ſed quantā hominum portio
nē figure ille ⁊ miſteria obumbrata
ſaluarent: niſi lōga ⁊ occulta promiſ
ſa aduentu ſuo Chriſtus ipleret. Ut
quod tunc paucis credentibus pro
fuit faciendū: iam inumeris fidelib⁹
prodeſſet effectū. iam ergo nos nō in
ſignis nō imaginibuſ. ad fidē duciſ
ſed Euangelica hiſtoria confirmati
qđ factū credimus: adoramus. acce
dētibus ad eruditionē noſtraꝫ pro
pheticis inſtrumentis. ut nullo. mō
habeamus ambiguū quod tantis
oraculis ſcimus eſſe predictū. Hinc
eni eſt ꝙ domin⁹ Abrae ait. i ſemine
tuo benedicentᷣ omnes gētes. Hinc
Dauid prophetico ſpū promiſſionē
dei canit dicens. Jurauit dominus
ueritatē Dauid. ⁊ nō fruſtrabitᷣ cum
de fructu vētris tui ponā ſup ſedem
tuā. Hic ideꝫ domin⁹ p Eſaiam. Ec
ce virgo inqt i vtero cōcipiet: ⁊ pari
et filiū. ⁊ uocabitᷣ nomē eiuſ Emanu
el: qđ iterpretatᷣ nobiſcū de⁹. ⁊ iteruꝫ
Exiet uirga de radice Jeſſe: ⁊ flos đ
radice ei⁹ aſcēdit. i qua uirga nō du
bie beata uirgo Maria pdicta eſt: q
de Jeſſe ⁊ dauid ſtirpe progenita et
ſpiritu ſācto fecūdata nouū florem
carnis hūane utero qdem materno
ſꝫ partu ē enixa uirgineo. Exultent
ergo iuſti i domio ⁊ i laudē dei cor

da credētiū. ⁊ mirabilia eius cōfiteā tur filij hoīum: quoniam i hoc preci pue diei opere humilitas nr̃a cogno ſcit: quanti eā ſuus cōditor eſtimarit q cum origini hūane multum dede rit: qd nos ad imaginē ſuaȝ fecit: re parationi noſtre lōge ampliuſ tribu it: cū ſeruili forme ipſe ſe domius co aptauit. Quāuis ex vna eadēqȝ pie tate quicqd creature creator ipendit minus tamē mirum ē hoiem ad di uina proficere: qȝ deū ad humana deſcēdere. Hoc aūt niſi facere digne tur oipotens deus: nulla quenqȝ ſpe cies iuſtitie nulla forma ſapientie d captiuitate diaboli ⁊ a profūdo eter ne mortis erueret. Cōdemnatio eni ex vno in oēs cū peccato tranſiēs p māeret: ⁊ letali vulnere labefacta na tura nullum remediū reperiret: quia cōdicionē ſuam ſuis viribuſ mutare nō poſſet. Prim⁹ nanqȝ homo car nis ſubſtātiaȝ accepit e terra. ⁊ ratio nabili ſpiritu p inſufflationem creā tis animatus ē: vt ad imaginē ⁊ ſimi litudinē ſui autoris viuens formam bonitatis atqȝ iuſtitie i ſplēdore imi tationis: tanqȝ i ſpeculi nitore ſerua ret. quā nature ſue ſpecioſiſſimaȝ di gnitatē: ſi per obſeruantiā legis da te pſeueranter extolleret: ipſam illaȝ terreni corporis qualitatē ad celeſtē gloriā mens icorrupta produceret. Sed qa iuido atqȝ deceptori temer atqȝ iſeliciter credidit: ⁊ ſuperbie cō ſilijs acqeſcens repoſitum honoris augmētum occupare maluit: qȝ me reri: nō ſolum ille homo ſed etiā vni uerſa i illo poſteritas eius audiuit. terra es: ⁊ i terram ibis. qualis ergo terrenus: tales ⁊ terreni ⁊ nemo im mortalis: qa nemo celeſtis. Ad hui⁹ itaqȝ peccati ⁊ mortis vinculum re ſoluēdum oipotens filiuſ dei oia im

plēns oia cōtinens equalis per oia patri ⁊ i vna ex ipſo ⁊ i ipſo ſempiter nus eſſentia naturā i ſe ſuſcepit hu manā: ⁊ creator ⁊ dominus rerū di gnatus eſt vnus eſſe mortaliū. electa ſibi matre quā fecerat: que ſalua inte gritate uirginea corporee eſſet tantū miniſtra ſubſtātie vt humani gene ris ceſſante cōtagio nouo homini ⁊ puritas ieſſet ⁊ veritas. Non enim i Chriſto ex vtero virginis genito: qa natiuitas eſt mirabilis: ideo eſt natu ra diſſimilis. Qui eni verus eſt de⁹ ideȝ verus ē homo: ⁊ nullū eſt i vtra qȝ ſubſtātia mendaciū. Verbū caro factū eſt prouectione carnis: nō defe ctione deitatis: q ſic potētiam ſuam bonitatēqȝ moderata eſt ut nr̃a ſu ſcipiēdo proueheret: ⁊ ſua cōmunicā do non perderet. In hac natiuitate Chriſti Eſaie ſermo ↄpletus eſt dicē tis. Producat terra. ⁊ germinet Sal uatorē. ⁊ iuſtitia oriatur ſimul. Ter ra eni carnis humane que in primo fuerat p̄uaricatore maledicta: i hoc ſolo beate uirginis partu germē edi dit benedictū. ⁊ a uitio ſue ſtirpiſ ali enū. Cū ſpiritalē originē i regenera tiōe quiſqȝ conſeqtur. ⁊ omni homi ni renaſcēti aqua baptiſmatis iſtar ē uteri virginalis. eodē ſpiritu ſcō replē te fontē q repleuit ⁊ uirginē. ut pecca tū: qd ibi uacuauit ſacra ↄceptio: hic myſtica tollat ablutio. Ab hoc ſacra mēto dilectiſſimi iſan⁹ Manicheorum error alien⁹ ē. nec ullā hēnt i Chriſti regeneratiōe ↄſortiū: q euȝ de Ma ria uirgie negant corporaliter natū. ut cuius nō credūt uerā natiuitateȝ: nec uerā recipiāt paſſionē. ⁊ quē nō ↄfitent uere ſepultū: abnuāt ueraci ter ſuſcitatū. Ingreſſi eni p̄ruptā exe crādi dogmatis uiā i qua nichil nō tenebroſuȝ nihilqȝ nō lubricum eſt

ruunt in profūda mortis p p̄cipitia
fallitatis Nec aliquid ſolidum cui
initantur:inueniunt. qui preter oīa
diabolici probra cōmenti ī ipſo:pre
cipuo obſeruationis ſue feſto ſicut p
xima eorū cōfeſſione patefatum eſt
ut animi ita ⁊ corporis pollutione
letantur.nec in pudore nec ī fide inte
gritatē ſeruantes:ut ⁊ ī dogmatibus
ſuis impii: ⁊ ī ſacris iueniat̄ obſceni.
Alie hereſes dilectiſſimi licet merito
oēs ī ſua puerſitate dānāde ſint hēnt
tamen ſingule ī aliqua ſui parte qđ
ueꝝ eſt:Arrius dei filium minorem
patre ⁊ creaturā eſſe definiēs ⁊ ab
eodē inter oīa creatuꝫ putans ſpūm
ſantū magna impietate ſe pdidit.ſed
ſempiternā atq̄ȝ incōmutabilē deita
tem quem ī trinitatis unitate nō ui
dit ī patriſ eſſentia nō negauit.Ma
cedonius aūt a lumine ueritatis alie
nus diuiditatē ſancti ſpiritus nō re
cipit:ſed ī patre ⁊ filio unā potentiaȝ
⁊ eandē confeſſus eſt eſſe naturam.
Sabellius īexplanabili errore cōfu
ſus unitatē ſubſtantie ī patre ⁊ filio
⁊ ſpū ſancto īſeparabilē ſentiens qđ
equalitati tribuere debuit:ſingulari
tati dedit.⁊ cum veram trinitatē ītel
ligere non ualeret:vnam eandemq̄ȝ
credidit ſub triplici appellatiōe per
ſonam. Photinus mentis cecitate
deceptus ī Chriſto uerū ⁊ ſubſtātie
noſtre cōfeſſus eſt hoīem:ſed eūdē
deū deo ante omnia ſecula genitum
eſſe non credidit.Apollinaris fidei
cecitate priuatus filiū dei ita ueram
hūane carnis credidit ſuſepiſſe natu
rā:ut illa carne diceret aīaȝ nō fuiſſe
q: uice eius expleuerit ipſa diuinitaſ
Hoc modo ſi oēs quos catholica fi
des damnat:retracteᷣ errores ī aliis
quidē iuenit̄ quod a damnabilibꝰ
poſſit abiungi.in manicheoꝝ aūt ſce

leſtiſſimo dogmate prorſus nichil ē
quod ex ulla parte poſſit tolerabile
iudicari.Sed uos dilectiſſimi quos
nullis dignius q̄ȝ beati Petri allo
quor uerbiſ:genus electum regale ſa
cerdotiū gens ſāta populus acqui
ſitionis edificatum ſup inuiolabilē
petra Chriſtū ipſi que domino Sal
uatori nr̄o p veram ſuſceptionē nr̄e
carnis īſerti pmanere ſtabiles ī ea ſi
de quā cōfeſſi eſtis corā multis teſti
bus ⁊ ī quarenati p aquā ⁊ ſpiritus
ſcūm accepiſtis chriſma ſalutis ⁊ ſi
gnaculū uite eterne.Si qs auteȝ uo
bis aliqd anūtiauerit: preter id qđ
didiciſtiſ:anathema ſit. Nolite impi
as fabulas p̄ponere lucidiſſime ue
ritati.⁊ quicqd cōtra regulaȝ catho
lici ⁊ apoſtolici ſymboli aut legere
aut audire cōtigerit:id omnino mor
tiferū ⁊ diabolicū iudicate. Nō uos
ſeducāt deceptoriis artibus ficta ⁊ ſi
mulata ieiunia:que nō ad purificati
onē ſed ad pditioneȝ proficiunt ani
maꝝ.ſpectem qdem ſibi pietatiſ ⁊ ca
ſtitatiſ aſſumūt:ſed hoc dolo actuū
ſuoꝝ obſcena circūtegunt ⁊ de pro
phanis cordis penetralibus iacula
qbus ſimplices vulnerētur: emittūt
ut ſicut ait Propheta:ſagittent ī ob
ſcuro rectos corde. Magnū preſidi
um eſt fides ītegra.fides vera ī qua
nec augeri ab vllo quicq̄ȝ nec minui
poteſt.qa niſi una eſt:fides nō eſt:di
cente Apoſtolo. Unꝰ dñs:vna fides
vnū baptiſme.vnꝰ deus ⁊ pater om
niū ſuper oēs ⁊ per oīa ⁊ ī omnibus
nobiſ. Huic vnitati dilectiſſimi icon
cuſſis mētibus īherete:⁊ ī hac oēm
ſectamini ſanctitatē:⁊ ī hac p̄ceptis
domini deſeruite.quia ſine fide ipoſ
ſibile eſt placere deo. Et nil ſine illa
ſanctum nihil caſtum eſt nihil eſt ui
uum.iuſtus eni ex fide viuit quaȝ q

diabolo decipiẽte pẽrdiderit: uiuẽns
moꝛtuus erit. qa ſicut per fidẽ ueraꝫ
uita obtinet̃ eterna: dicente domīo
ſaluatoꝛe. hec eſt autẽ uita eterna ut
cognoſcãt te ſolum ueꝝ deuꝫ: ⁊ quẽ
miſiſti Jeſum Chꝛiſtũ qui nos pꝛo
ficere ⁊ pſeuerare faciat uſqꝫ ĩ fineꝫ.
Qui uiuit ⁊ regnat in ſecula ſeculo
rum Amen.

Eiuſdẽ d̃ natiuitate dñi ſermo qnt⁹

Uanuis dilectiſſimi ĩeffabilis
ſit natiuitas domini noſtri Je
ſu Chꝛiſti qua ſe nature noſtre car
ne ueſtiuit: audeo tamen non de fa
cultate mea ſed de ipſius inſpiratiõe
pꝛeſumere: ut ĩ die qui ĩ ſacramentũ
humane reſtaurationis electus eſt:
aliquid a nobis quod audiẽtes poſ
ſit edificare: pꝛomat̃. Non eni quia
maioꝛ pars Eccleſie dei quod credit
ĩtelligit: ideo neceſſarium non eſt: ẽt
que dicta ſunt: dicere: cum utiqꝫ nũc
multis ad fidẽ pꝛimum ueniẽtibus
oꝛis noſtri officiũ debeamus. Me
liuſqꝫ ſit doctos onerare iam notis
q̃ꝫ rudes fraudare diſcendiſ. Quod
ergo filius dei qui cũ patre ⁊ ſpiritu
ſcõ non unius perſone ſed unius eſ
ſentie dignatus eſt humanitatis no
ſtre particeps fieri ⁊ unus paſſibili
um unus uoluit eſſe moꝛtalium: taꝫ
ſacratum tãqꝫ mirabile eſt: ut ratio
diuini cõſilij ſapientibus mundi pa
tere nõ poſſit: niſi humane ignoꝛan
tie tenebras lux uera diſcuſſerit. nõ
enim ĩ ſolo opere uirtutuꝫ aut ĩ ſola
obſeruãtia mandatoꝝ ſed ẽt in tra
mite fidei anguſta ⁊ ardua uia eſt: q̃
ducit ad uitã: ⁊ magni laboris eſt:
magniqꝫ diſcriminis ĩter dubias ĩ
peritoꝝ opiniões ⁊ ueriſimiles falſi
tates ꝑ unam ſane doctrine ſemitaꝫ
ĩoffenſis greſſibus ambulare. Et cũ
undiqꝫ ſe laquei erroꝛeſqꝫ opponãt
omne periculũ deceptionis euadeꝛ̃
Quis aũt ad hec idoneuſ niſi q ſpũ
dei ⁊ docet̃: ⁊ regit̃. dicẽte Apoſto
lo. Nos aũt nõ ſpirituꝫ huius mun
di accepimus: ſed ſpũm q ex deo ẽ:
ut ſciamus: que a deo donata ſunt
nobis. Canente etiã Dauid. Beat⁹
quẽ tu erudieris domine: ⁊ de lege
tua docueris eũ. Habẽtes itaqꝫ di
lectiſſimi ĩter pericula erroꝛũ ꝓſidia
ueritatis ⁊ nõ humane ſapiẽtie uer
bis ſed doctrina ſpiritus ſancti eru
diti qꝺ didicimus: credimus: quod
credim⁹: ꝑdicamus. dei filiũ deũ an
te ſecula genitũ: ⁊ patri ſempiterna ⁊
cõſubſtãtiali equalitate coeternum
ueniſſe ĩ hunc munduꝫ ꝑ uterũ uir
ginis ĩ hoc ſacramentũ pietatis ele
cte ĩ qua ⁊ ex qua edificauit ſibi ſapi
entia domũ. ⁊ foꝛmã ſibi ſerui ĩ ſimi
litudinẽ ca nis peccati incõmutabi
lis uerbi deitas coaptauit. in nullo
apud ſe ⁊ prẽm ⁊ ſpiritũ ſanctuꝫ mi
nor gloꝛia ſua qa diminutionẽ ⁊ ua
rietatẽ ſũme ⁊ eterne eſſentie natura
nõ recepit. pꝛopter noſtrã aũt ĩfirmi
tatẽ extenuauit ſe ĩ capacib⁹: ⁊ ſui ue
lamine coꝛpoꝛis ſplẽdoꝛẽ maieſtatiſ
ſue quẽ uiſus hominũ nõ ferebat:
obtexit. Unde ẽt exinaniſſe ſe dicit̃:
tanq̃ꝫ ſe ꝓpꝛia uirtute euacuauerit:
dũ ĩ ea hũilitate qua nobiſ ꝯſuluit:
nõ ſolũ prẽ ſed etiã ſeipſo factuſ eſt ĩ
ferioꝛ: nec aliqd illi hac ĩclinatione
deceſſit: cui cũ prẽ ⁊ ſpiritu ſcõ hoc
qꝺ ẽ: cõmune ẽ: ut hoc ipſuꝫ ĩtelliga
mus ad oĩpotentiã ꝑtinere: qꝺ qui
ſecundũ nr̃a minoꝛ eſt. ſecundũ pꝛo
pꝛia mioꝛ nõ ẽ. Quia eni lux ad ob
cecatos uirt⁹ ad ĩbecilles miſericoꝛ
dia reſpexit ad miſeros: de magna
factum eſt poteſtate ut dei filius ſub
ſtantiã humanã cauſamqꝫ ſuſcepit:

q ⁊ noſtram naturam quam condi
dit: reformaret. ⁊ mortem quam non
fecit: aboleret. Repudiatiſ igitur lõge
que abiectis omnibus opinionibus
impiorum quibus aut ſtulticia eſt
crux Chriſti aut ſcandalum exultet
rectarum mentiũ fides. ⁊ ueruꝫ unũ
qꝫ dei filium non ſolum ſecũdum
deitateꝫ qua a patre genitus ſed eti
am ſecundũ humanitatem qua de
matre uirgine eſt natus intelligat.
Ipſe eſt eni in humanitate noſtra: q
eſt i maieſtãte diuina uerius homo
⁊ uerus deus. ſempiternus in ſuis.
temporalis in noſtriſ. unuꝫ cuꝫ p̃re i
ſubſtãtia q̃ nũqꝫ fuit minor p̃re. unũ
cũ m̃re i corporẽ qđ creauit. In aſſũ
ptiõe eni nature noſtre nobis fact⁹
eſt gradus: quo ad ipſum per ipſum
poſſimus aſcendere. Nam illa eſſen
tia que ſemper ubiqꝫ tota eſt: locali
deſcenſione non eguit. ⁊ tam ei pro
prium fuit totam homini iſeri: qꝫ ei
proprium eſt totam a patre non diui
di. Manet ergo quod in principio
erat uerbum: ⁊ non eſt ei accidens:
ut quod eſt aliquando non fuerit.
Sempiterne enim filius filius eſt.
⁊ ſempiterne pater pater eſt. Unde
cum ipſe filius dicat qui uidet me: ui
det ⁊ patrem: exerceauit te o hereti
ce impietas tua. ⁊ qui filij maieſtatẽ
non uidiſti: patris gloriaꝫ non uide
bis. Dicendo enim genitum eſſe qui
non erat: filium aſſeris temporalem
⁊ duꝫ filiuꝫ aſſeris temporalẽ credi
diſti patrem eſſe mutabilem. Mu
tabile enim eſt non ſolum quod mi
nuitur: ſed etiam quicquid augetur
⁊ ſi ideo patri ipar eſt genitus. quia
ut tibi uidetur generando eum qui
non erat: genuit. imperfecta erat etiã
generantis eſſentia: que ad haben
dum quod non habuit: generando

profecit. ſed hanc impiaꝫ peruerſita
tem tuam fides catholica execratur
⁊ damnat. que in deitate uera nihil
temporalitatis agnoſcit. ſed unius
ſempiternitatis ⁊ patrem confiteret
⁊ filium quia ſplendor ex luce ortuſ
non eſt luce poſterior. ⁊ lux uera nũ
quam eſt ſui ſplendoris indigna. ſic
ſubſtantiale ſemper habens fulgere
ſicut ſubſtantiale ſemper habet exi
ſtere. Huius autem ſplendoris ma
nifeſtatio miſſio dicitur: qua Chriſt⁹
mundo apparuit. ⁊ cum omnia iuiſi
bili maieſtate ſua ſemper impleret:
tamen quaſi de remotiſſimo altiſſi
moque ſecreto ijs quibus erat igno
tus: aduenit. cum cecitatem ignoran
tie ſuſtulit: ſicut ſcriptum eſt: ſedenti
bus in tenebris ⁊ in umbra mortis:
lux orta eſt eis. Quamuis enim etiã
prioribus ſeculis ad illuminationeꝫ
ſanctorum patrum ⁊ Prophetaruꝫ
lumen ueritatis emiſſum ſit: dicente
Dauid. Emitte lucem tuam ⁊ uerita
tem tuam: ⁊ diuerſis modis multiſ
que ſignis opera preſentie ſue deitaſ
filij declarauit: omnes tamen ille ſi
gnificationes cunctaque miracula
teſtimonia fuerunt iſtius miſſionis
de qua dicit Apoſtolus. Cum ergo
uenit plenitudo tẽporis miſit deus
filiũ ſuuꝫ natum ex muliere factum
ſub lege: qđ uero hoc ẽ niſi uerbuꝫ
carnẽ fieri: Conditorẽ mũdi p̱ uterũ
uirginis naſci. Dominum maieſta
tis humanis ſe coaptare primordijs
Et licet conceptui ſpiritali nulla ſint
terreni ſeminis mixta contagia: ad
ſuſcipiẽdũ tamẽ uere carnis ſubſtan
tiã ſolã ſumpſit de m̃re naturã. Hac
miſſiõe q̃ deus unitus ẽ homini: fili
us ipar eſt p̃ri. nõ i eo qđ ex p̃re ſꝫ i
eo qđ ẽ fact⁹ ex hoĩe. Equalitatẽ eni
iuiolabilẽ quã hẽt deitas. nõ corrũ

pit humanitas.ꝛ creatoris ad crea
turā descēsio credentiū est ad eterna
ꝓuectio. Nam qa sicut ait Aposto
lus:i sapiētia dei nō cognouit mun
dus p sapiētiam deū.placuit deo p
stulticiā ꝑdicationis saluos facere
credētes. Mūdo ergo id ē prudēti
bus mūdi sapiētia sua cecitas facta
ē.nec potuerunt p illam cognoscere
deū ad cuius noticiā nō nisi i sapien
tia eis acceditur.ꝛ ideo qa mūdus
de vanitate suoꝝ dogmatū supbie
bat:i eo constituit domius saluando
rū fidē quod ꝛ idignū videret̃ ꝛ stul
tū vt ꝛ deficiētibus oībus opinionū
ꝓsumptiōibus sola dei.gratia reuela
ret:qđ cōphendere humana itelli
gētia nō valeret. Agnoscat igit̃ Ca
tholica fides i humilitate dñi gloriā
suaꝫ.ꝛ de salutis sue sacramētis gau
deat Ecclesia:que corpus est Christi
quia nisi verbū dei caro fieret:ꝛ ha
bitaret i nobis.nisi i communionē
creature creator ipse descenderet:et
vetustatē humanā ad nouū principi
um sua natiuitate reuocaret:regna
ret mors ab Adam vsqꝫ in finem.ꝛ
super hoīes condēnatio isolubilis
permaneret. Cum de sola cōditione
nascendi vna cunctis esset causa pe
reundi.solus itaqꝫ inter filios oīuꝫ
domius Jesus inocēs natus.quia
solus sine carnalis cōcupiscētie pol
lutione ꝯceptus factus est homo no
stri generis:ut nos diuie nature pos
simus esse cōsortes.originē quā sum
psit i vtero virginis:posuit i fonte ba
ptismatis.dedit aque qđ dedit ma
tri.virtus enim altissimi ꝛ obumbra
tio spiritus sancti que fecit vt Ma
ria pareret Saluatorē:eadē fecit:vt
regeneret vnda credentē. Quid eni
sanādis egris:illuminādis cecis:vi
uificandis mortuis amplius fuit:qꝫ
vt superbie vulnera humilitatis re
medijs curarētur. Adā precepta dei
negligēs peccati idurit dānationeꝫ
Jesus factus sub lege reddidit iusti
tie libertatē.ille diabolo obtēperans
usque ad preuaricationem:meruit ut
i ipso omnes morerētur.hic pri obe
diens vsqꝫ ad crucem fecit:ut i ipso
oēs viuificarentur.ille cupidus ho
noris angelici nature sue pdidit di
gnitatē:Hic ifirmitatis nostre susci
piens cōditionē propter quos ad in
ferna descendit:eosdem i celestibus
collocauit. Postremo illi p elatio
nem lapso dictū est:terra es:ꝛ in ter
ram ibis huic per subiectionē exal
tato dictū est.sede a dextris meis:do
nec ponā inimicos tuos scabellum
pedum tuoꝝ. Hec domini nr̄i ope
ra dilectissimi nō solum sacramēto
nobis vtilia sunt:sed etiā imitatiōis
exēplo.si idisciplinam ipsa remedia
trāsferātur.quodqꝫ ipensuꝫ ē myste
rijs:prosit ꝛ moribus.vt memineri
mus nobis i humilitate ꝛ mansuetu
dine redēptoris nr̄i esse viuēdū:quo
niā sicut ait Apostolus. Si cōpati
mur:ꝛ cōregnabimꝰ.frustra eni ap
pellamur Christiāi:si imitatores nō
simus Christi.qui ideo se viā dixit eē
vt cōuersatio magistri forma eēt di
scipuli.ꝛ illā humilitatē eligeret ser
uus:quā secutus ē domius. Qui vi
uit ꝛ regnat i secula seculorū Amen.

## De natiuitate eiusdē sermo sextꝰ.

Omnibꝰ qdē diebus dilectissi
mi atqꝫ tēporibꝰ aīs fideliū di
uina meditātiū dñi ꝛ Saluatoris nr̄i
ex mr̄e virgīe ortꝰ occurrit.vt mēs ad
ꝯfessionē sui autoris erecta siue i ge
mitu supplicatiōis siue i exultatiōe la
udis siue i sacrificij oblatōe versef̃ ni
hil celebriꝰ nihilqꝫ magis fidēter spi
ritali attigat ituitu:qꝫ ꝙ deꝰ dei filiꝰ

genitus de patre coeterno idem etiã
partu eſt natus humano. Sed hãc
adorandam i celo ⁊ i terra natiuita
tem nullus nobis dies magiſ q̃ ho
diernus i̇ ſinuat. ⁊ noua etiam i ele
mentis luce radiante totam ſenſib⁹
noſtris mirabilis ſacramenti inge
rit claritatem. Non ſolum eni in me
moriam ſed i̇ conſpectum quodam
modo redit angeli gabrielis cum
Maria ſtupente colloquium. ⁊ con
ceptione de ſpũ ſancto iam mire pro
miſſa q̃ credita autor mũdi editus
eſt vtero virginali. ⁊ qui omnes na
turas condidit: eius eſt factus filius
quam creauit. Hodie verbum dei
carne apparuit veſtitum ⁊ quod nũ
q̃ fuit humanis oculis viſibile: ce
pit etiam manibus eſſe tractabile.
Hodie henitam i noſtre carnis ani
meq3 ſubſtantia Saluatorem ange
licis vocibus didicere paſtores. ⁊
apud dominicorum preſules gregũ
hodie euangelizandi forma precon
dita eſt: vt nos quoq3 cum celeſtis
militie dicamus exercitu. Gloria in
excelſis deo ⁊ i terra pax hominib⁹
bone voluntatis. Quamuis igitur
illa i̇fantia quam filij dei non eſt de
dignata maieſtas i virum perfectum
etatis adiectione prouecta ſit: ⁊ con
ſumato paſſionis ⁊ reſurrectiõis tri
umpho omnes ſuſcepte pro nobis
humilitatis tranſierint actiones: re
nouat tamen nobis hodierna feſti
uitas nati ex maria virgine ſacra pri
mordia. ⁊ dum Saluatoris noſtri
adoramus ortum: iuenimur noſ no
ſtrum celebrare principium. Genera
tio eni Chriſti origo eſt populi Chri
ſtiani. ⁊ natalis capitis natalis eſt
corporis. Habeant licet ſinguli qui
que vocatorum ordinem ſuum: ⁊ oẽs
Eccleſie filij temporum ſint ſucceſſio
ne diſtincti: vniuerſa tamen ſumma
fidelium fonte orta baptiſmatis ſicut
cum Chriſto i paſſione crucifixi i re
ſurrectione reſuſcitati i aſcenſiõe ad
dextram patris collocati ita cum ip
ſo ſumus i hac natiuitate congeniti
Quicqd eni hominum i quacunq3
mundi parte credentium regenera
tur i Chriſto: interciſo originalis tra
mite vetuſtatis tranſit i nouum ho
minem renaſcendo. Nec iam i ppa
gine habetur carnalis patris: ſed, i
germine ſaluatoris. Qui ideo filius
hominis eſt factus: ut nos filij dei eẽ
poſſimus. Niſi eni3 ille ad nos hac
humilitate deſcenderet: nemo ad il
lum vllis ſuis meritis perueniret. Ni
hil hic vocatorum cordibus caligi
nis iuſerat terrena ſapientia. Nec ſe
contra altitudinem gratie dei mox i
ima rediturus terrenarum cogitatõ
num puluis attollat. Impletum eſt
i fine ſeculorum: quod erat ante tem
pora eterna diſpoſitum. ⁊ ſub preſen
tia rerum ſignis ceſſantibus figura
rum lex ⁊ prophetie veritas facta ẽ
vt Abraam fieret oium gentium pa
ter ⁊ i ſemine eius daretur promiſſa
benedictio. ne hi tantum eſſent iſra
el: quos ſanguis ⁊ caro genuiſſet. ſ3
i poſſeſſionem hereditatis ſidei filijſ
preparate vniuerſitas adoptionis
intraret. Nec obſtrepant ineptarum ca
lumnie queſtionum. Nec effectuſ di
uini operis ratiocinatio humana di
ſcutiat. Nos cum Abraã credimus
deo. nec heſitamus diffidentia: ſed
pleniſſime ſcimus: quoniam quod
promiſſit dominus: potens eſt ⁊ fa
cere. Naſcitur ergo non de carnis
ſemine dilectiſſimi ſed de ſpiritu ſan
cto Saluator: quem prime tranſgreſ
ſionis condemnatio nõ teneret: vn
de ipſa collati muneris magnitudo

dignam a nobis exigit ſuo ſplendo
re reuerentiam. Ideo enim ſicut bea
tus Apoſtolus docet: non ſpiritum
huius mūdi accepimus: ſed ſpirituz
qui ex deo eſt: vt ſciamus: que a deo
donata ſūt nobis: qui non aliter pie
colitur: niſi id ei quod ipſe tribuit: of
feratur. Quid enim in theſauro do
minice largitatis ad honorem p̄ſen
tis feſtitam congruum poſſumus in
uenire: quaz pacem: que natiuitate
domini prima eſt angelico predicata
cōcetu Ipſa eniz eſt que parit filios
dei. nutrix dilectionis. genitrix vni
tatis requies beatoruz. ⁊ eternitatis
habitaculum cuius hoc opus prop̄
um ſpetiale beneficiuz: vt iūgat deo
quos ſecernit mundo. vnde ad hoc
bonuminos incitat Apoſtolus. di
cens. Iuſtificati. ergo ex fide pacem
habeamus ad deum. cuius ſentētie
breuitate omnium fere mandatoruz
cōtinet effectus. quia vbi fuerit veri
tas pacis: nihil ibi poteſt deeſſe virtu
tis Quid ē aūt dilectiſſimi pacez ha
bere ad deum: niſi velle: qd iubet: et
nolle quod prohibet. Si eni huma
ne amicicie pares animos ⁊ ſimiles
expetunt voluntates: nec unquā di
uerſitas morū ad firmaz poteſt veni
re cōcordiam: quomodo diuine par
ticeps erit pacis: cui ea placent: que
deo diſplicēt. Et his adpetit delecta
ri: qbus illum nouit offendi. Nō eſt
iſte animus filioꝝ dei. nec talez ſapi
entiam recipit adoptiua nobilitas.
genus electū ⁊ regiuz regeneratiōis
ſue reſpōdeat dignati diligat: quod
diligit pater. ⁊ i nullo ab autore ſuo
diſſentiat: ne iterum dicat dominuſ
filios genui: ⁊ exaltaui: ipſi autē ſpre
uerūt me. Agnouit bos poſſeſſorem
ſuū: ⁊ aſinus p̄ſepe domini ſui: Iſra
el aūt me non cognouit: ⁊ populus
meus mē nō intellexit. Magnuz ē
dilectiſſimi huius muneris ſacramē
tum. ⁊ oīa excēdit hoc donuz. vt de
us hominē vocet filiū. ⁊ homo deū
nominet patrē. Per has eni appel
lationes ſentit: ⁊ diſcitur: qs ad tan
tam altitudinē aſcēdat affectus. Nā
ſi i progenie carnali ⁊ ſtirpe terrena
claris parentibus genitos uitia ma
le cōuerſationis obſcurāt: ⁊ ipſo ma
iorum ſuoꝝ lumine ſoboles idigna
cōfunditur: i quem exitum uenient:
q propter amorem mundi a genera
tione Chriſti nō metuunt abdicari.
Si aūt ad humanā pertinet laudem
vt patrum decus i prole reſplendeat
quanto magis glorioſum eſt: ex deo
natos i autoris ſui imaginem reful
gere. Et illum i ſe qui illoſ generauit
oſtendere: dicente domino Sic luce
at lux veſtra coram hominibuſ: ut vi
deāt opera veſtra bona: ⁊ glorificēt
patrem veſtrum: qui i celis eſt. Sci
mus qdem q̄ ſicut Ioānes Apoſto
lus dicit. Totuſ mundus i maligno
poſitus eſt: ⁊ iſidiante diabolo ⁊ an
gelis eius hoc inumeris temptatio
nibus laboratur: ut hominem ad ſu
perna nitentum aut aduerſa terreāt
aut ſecunda corrumpant. Sed ma
ior eſt: qui i nobis ē: qz qui aduerſū
nos ē. ⁊ pacem cum deo habentib⁹
ac ſemper patri cum toto corde dicē
tibus fiat voluntaſ tua: nulla preua
lere certamina: nulli poſſunt nocere
cōflictus. accuſantes enim noſmetip
ſos confeſſionibus noſtriſ ⁊ conſen
ſum animi carnis concupiſcētijs de
negantes inimicicias quidez aduer
ſum nos eius qui peccati autor eſt:
commouemuſ. Sed inexpugnabilē
cū deo pacem gratie ipſius ſeruiēdo
firmamus: ut Regi noſtro nō ſoluz
obedientia ſubijciamur: ſed etiam iu

dicio copulemur. Quoniam ſi in ea
dem ſententiam ſumus: ſi quod uult
volumus: ⁊ quod iprobat: improba
mus: ipſe iam pro nobiſ oīa bella cō
ficiet. ipſe qui dedit velle donabit et
poſſe. ut ſimus cooperatores operuꝫ
eius. ⁊ propheticum illud cum fidei
exultatione dicamuſ. dominus illu
minatio mea. ⁊ ſalus mea. queꝫ time
bo. Dominus defenſor uite mee. a
quo trepidabo. Qui ergo non ex ſā
guinibus neqꝫ ex voluntate carnis
neqꝫ ex volūtate viri ſꝫ ex deo nati
ſunt: offerant patri pacificoꝝ concor
diam filiorum: etiam ī primogenituꝫ
noue creature qui venit non ſuam ſꝫ
mittentis facere voluntatam. vniuer
ſa adoptionis membra cōcurrant:
quoniam gratia patris nō diſcordeſ
neqꝫ diſſimiles ſed vnum ſentientes
vnumqꝫ amātes adoptauit heredes
ad vnam reformatos imaginē opor
tet animum habere conformeꝫ. nata
lis domini natalis ē pacis. ſicut eni
ait Apoſtolus. Ille eſt pax noſtra: q
fecit vtraqꝫ vnum. quoniam ſiue Iu
deus ſiue gentilis p ipſum habem⁹
acceſſum ad patrem: q ante paſſiōis
dieꝫ voluntaria diſpoſitione preele
ctum: diſcipulos ſuos hac precipue
doctrina ſua informauit: ut diceret:
pacem meam do vobis: pacē meam
relinquo vobis. ⁊ ne ſub nomine ge
nerali pacis ſue qualitas lateret: ad
iecit. nō queadmodum mūdus dat:
ego do vobis. non habet īquit mun
dus amicicias ⁊ multos fecit puer
ſo amore cōcordes. Sūt eni in vitijs
pares animi. ⁊ ſimilitudo deſiderio
rum equalitatē gignit affectuum ac
ſi qdem forſitan reperiantur: qbus
praua ⁊ ihoneſta non placeant: qui
qꝫ illicitas cōfeſſiones a federe ſue
charitatis excludant: tamen etiam

tales ſi uel Iudei ſint: uel heretici uel
pagani nō de amicicia dei ſed de pa
ce ſunt mūdi. Pax auteꝫ ſpiritaliū
⁊ catholicoꝝ a ſupernis ueniens ⁊
ad ſuperna perducēs cū amatorib⁹
mūdi non uult cōmunione miſceri.
Sed oībus obſtaculiſ reſiſtere: ⁊ ad
uera gaudia a pernitioſis delectatio
nibus euolare: dicente domīo. Ubi
fuerit theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tu
um. hoc ē ſi deorſum ſunt: q̄ amas:
ad ima deſcēdes: ſi ſurſum ſunt: que
diligis: ad ſūma peruenies. quo noſ
unum nolētes unum ſentiētes ⁊ i fi
de ac ſpe ⁊ i charitate cōcordes ſpūs
ſanctus agat: atqꝫ pducat: quoniam
qcunqꝫ ſpiritu dei agunt̄: hi filij ſūt
dei: q regnat cū filio ⁊ ſpū ſancto i ſe
cula ſeculorum Amen.

## De natiuitate domini ſermo ſeptim⁹

Feſtiuitatis hodierne dilectiſſi
mi uenerator eſt ⁊ ipſiuſ cultor
q nec de icarnatione aliqd falſū nec
de deitate aliqd ſentit idignuꝫ. Pa
ris eni periculi malum eſt: ſi aut illi
nature nr̄e ueritas aut paterne glo
rie negatur equalitas. Cum ergo ad
itelligēdum ſacramentum natiuita
tis Chriſti qua de matre uirgini eſt
ortus accedimus: abigat̄ procul ter
renarum caligo rationum. ⁊ illumi
nante fidei oculo mundane ſapiētie
fumus abſcedat. Diuina eſt enꝫ au
toritas: cui credimus. diuina eſt do
ctrina: quam ſeqmur. quoniam ſiue
legis teſtificatiōi: ſiue oraculiſ Pro
phetaꝝ: ſiue angelice tube iteriorem
ad moueamus auditum uerum eſt:
quod Ioannes plenus ſpiritu ſan
cto itonuit. In principio erat uerbū
⁊ uerbum erat apud deum. ⁊ deus
erat uerbū: hoc erat i pricipio apud
deum. oīa per ipſuꝫ facta ſunt. ⁊ ſine

daice ſectator cecitatis nō imitaris
gentium fidem. corqȝ peruerſuȝ ad
crudeles peruertis inſidias: nec illū
occiſurus quem metuis: nec illis no
citurus: quos perimis. Deducti igi
tur i bethleē Magi ſtelle precedētiſ
obſequio gauiſi ſūt gaudio magno
valde: ſicut euāgeliſtā narrauit. ⁊ in
trātes domū iuenerunt pueruȝ cuȝ

Maria matre eius. Et pꝛocidentes
adoꝛauerunt eũ. ⁊: apertis theſauris
ſuis obtulerunt ei munera aurum
thus ⁊ myrrham O perfecte ſcientie
mirabileʒ fidem quam non terrena
ſapientia erudiuit: ſed ſpiritus ſãct⁹
inſtituit. Unde enim hi uiri cũ pꝛo
ficiſcerent̃ de patria qui nondum
uiderant Jeſum nec aliquo intuitu
ei⁹ quod eum tam oꝛdinate uenera
rentur: aduerterat: hanc de ferẽdoꝝ
munerum ſeruauere rationem. niſi
quia pꝛeter illaʒ ſtelle ſpeciem que
coꝛporeuʒ ĩcitauit obtutuʒ fulgẽtioꝛ
ueritatis radius eoꝛum coꝛda per
docuit ut pꝛius q̃ʒ laboꝛes itineris
inhoarent: cũ ſignari ſibi ĩtelligerẽt
cui in auro regius honoꝛ: In thure
diuina ueneratio. In myrrha moꝛta
litatis cõfeſſio deberet̃. Et hec qdẽ
quantum ad illuminationem fidei
pertinebat: potuerũt illis credita ⁊ ĩ
tellecta ſufficere: coꝛpoꝛali ĩtuitu nõ
inquirerẽt: quod pleniſſimo viſu mẽ
tis inſpexerãt. Sʒ diligẽtia officij ſa
gacis vſqʒ ad videndũ pueruʒ perſe
uerans futuri tempoꝛis populis ⁊
noſtri ſeculi hoĩbus ſuiebat. vt ſicut
omnib⁹ pꝛofuit: qđ poſt reſurrectio
neʒ domini ueſtigia uulnerũ in car
ne eius Thome apoſtoli exploꝛauit
manus: ita ad noſtram utilitatẽ pꝛo
ficeret: ꝙ infãtiaʒ ipſius Magoruʒ
pꝛobauit aſpectus. Uiderunt itaqʒ
Magi ⁊ adorauerũt pueꝝ de tribu
iuda ꝺ ſemĩe Dauid ſm̃ carnẽ factũ
ex muliere: factũ ſub lege: quam nõ
ſoluere uenerat: ſed adĩplere. Uide
runt ⁊ adoꝛauerũt pueꝝ: quantitate
paruulũ: aliene opis indignuʒ fandi
impotem: ⁊ ĩ nulo ab humane ĩfãcie
generalitate diſſimilem. Quia ſicut
fidelia erat teſtimonia: q̃ ĩ eo maie
ſtateʒ ĩuiſibilis diuinitatis aſſereret
ita pꝛobatiſſimũ eſſe debeat uerbũ
carnem factũ: ⁊ ſempiternaʒ illã eſſẽ
tiaʒ fili dei hominis ueraʒ ſuſcepiſſe
naturam: ne uel ineffabiliũ operum
ſecutura miracula uel ſuſcipiendaꝝ
ſupplicia paſſionũ ſacramẽtum fidei
ex rerum diuerſitate: turbarent: cum
iuſtificari omnino non poſſent: niſi q
dominum Jeſuʒ ⁊ ueꝝ deuʒ ⁊ uerũ
hoĩem credidiſſent. Huic ſingulari
fidei dilectiſſimi ⁊ pꝛedicare ꝑ om̃ia
ſecula ueritati diabolica manicheoꝝ
reſiſtit impietas: q ſibi ad ĩterficẽdas
deceptoꝝ animas nephãdi dogma
tis ferale cõmentum de ſacrilegis
⁊ fabuloſis mendaciis texuerun: ⁊
ꝑ has inſanaꝝ opinionum ruinas
eiſqʒ p̃cipites pꝛoruerunt: ut ſibi falſi
coꝛpoꝛis fingeret Chꝛiſtũ: qui nichil
in ſe ſoliduʒ: nichil ueꝝ hoĩuʒ oculis
actibuſqʒ ꝓbuerit: ſed ſimulate carnis
uacuã imaginem demoſtrãt. ĩdignũ
eni uideri uolũt: ut credat̃ deus dei
filius femineis ſe inſeruiſſe uiſcerib⁹
⁊ maieſtatem ſuam huic contumelie
ſubdidiſſe ut nature carnis ĩmixtus
in uero humane ſubſtantie coꝛpoꝛe
naſceretur: cũ totum hoc opus non
ĩiuria ipſius ſed potẽtia nec credẽda
pollutio: ſed gloꝛioſa dignatio. Si
eniʒ lux iſta uiſibilis nullis ĩmũdicis
quibus ſuperfuſa fuerit uiolat̃: nec
radioꝝ ſolis nitoꝛem queʒ coꝛpoꝛeã
eſſe creaturã: nõ dubiũ eſt: loca ulla
ſoꝛdentia: uel cenoſa contaminant
Quid illius ſempiterne ⁊ in coꝛpoꝛe
lucis eſſentiam potuit qualibet ſui
qualitate polluere. que ſe ei quaʒ ad
imaginem ſui condidit ſociando cre
ature purificationeʒ pꝛeſtitit maculã
non recipit. Et ſic ſanauit uulnera
infirmitatis: ut nulla pateret̃ damna
uirtutis Quod diuine pietatis ma
gnũ ⁊ ineffabile ſacramentum: quia

omnibus ſanctarum ſcripturã : teſti
ficationibus eſt nũciatum. iſti de qb⁹
loquimur: aduerſarij ueritatis legẽ
p Moiſeʒ datã ⁊ inſpirata diuinitus
prophetarum oracula reſpuerũt. ipſaʒqʒ
Euãgelicas ⁊ Apoſtolicas paginas
quedaʒ auferẽdo ⁊ quedam iſerẽdo
uiolauerunt: confingentes ſibi ſub
Apoſtoloruʒ nominib⁹ ⁊ ſub uerbis
ipſius Saluatoris multa uolumina
falſitatis: quibus erroris ſui cõmẽta
munirent ⁊ decipiendoruʒ mentib⁹
mortiferuʒ uirt⁹ ĩfunderet. Uidebãt
enim ſibi uniuerſa obſiſtere: omnia
reclamare: ⁊ non ſolum nouo ſed ⁊
ueteri teſtamento ſacrilege ĩpietatis
ſue dementiam confutari. ⁊ tamẽ in
furioſis mẽdaciis pſiſtentes eccleſiã
dei deceptionibus ſuis perturbaret
non deſinunt: hoc miſeris quos illa
queare potuerunt: perſuadentes: ut
negẽt a domino Jeſu Chriſto huma
naʒ naturaʒ uere eſſe ſuſceptã. negent
eum uere pro mundi ſalute crucifixũ
negent de ei⁹ latere lãcea uulnerato
ſanguinem redemptionis ⁊ aquaʒ
fluxiſſe baptiſmatis: negent eũ ſepul
tum ac die tertia ſuſcitatum: negent
eum in cõſpectum diſcipulorum ad
conſedenduʒ in dextera patris ſup
omnes celorum altitudines eleuatũ
vt tota apoſtolici veritate ſimboli ſb
lata nulla ſpes incitet ſanctos: negẽt
a chriſto viuos ⁊ mortuos iudican
dos: ⁊ quos tantoruʒ ſacramentorum
virtute priuarint: doceãt in ſole ⁊ lu
na colere Chriſtũ: ⁊ ſub noīe ſpirituſ
ſancti ipſum taliũ impietatuʒ magi
ſtrum adorare manicheuʒ. Ad cõfir
mandaʒ igitur dilectiſſimi corda no
ſtra ĩ fide ⁊ veritate proſit oībus ho
dierna feſtiuitas: ⁊ ex teſtimonio ma
nifeſtate ſaluatoris infantie cõfeſſio
catholica muniatur: ⁊ natur̃ noſtre

carnem in Chriſto negantium ana
thematizetur impietas: de qua nos
beatus Joãnes apoſtolus non du
bio ſermone premonuit dicẽs. Ois
ſpiritus qui cõfitetur chriſtuʒ Jeſuʒ
in carne veniſſe: ex deo eſt. Et omniſ
ſpiritus qui ſoluit Jeſum: ex deo nõ
eſt. ⁊ hic eſt Antichriſtus. Nihil er
go cuʒ huiuſmodi hoībus cõmune
ſit cuiquam chriſtiano: nulla cũ tali
bus habeatur ſocietas: nullũqʒ con
ſortiuʒ. Proſit vniuerſe eccleſie: qd
multi ipſorum domino miſerãte de
tecti ſunt. Et in quibuſ ſacrilegijs vi
uerent: eorũdem confeſſione patefa
ctum eſt. Nemineʒ fallant diſcretio
nibus ciborum: ſordibus veſtium:
vultuũqʒ palloribus. Nõ ſunt caſta
ieiunia que non de ratione veniunt
continentie: ſed d arte fallentie: hac
tenus nocuerint incautis. hactenus
illuſerint ĩperitis. poſt hoc nullius
excuſabilis erit lapſus: nec iam ſim
plex habendus eſt: ſed valde nequã
atqʒ peruerſus: qui deinceps reper
tus fuerit nephãdo obſtrictus erro
re. Eccleſiaſticuʒ ſane atqʒ diuinit⁹
inſtitutum nõ ſoluʒ non ĩhibemus
ſed ẽt incitamus affectum: vt ẽt p ta
libus nobiſcuʒ domino ſupplicetis
quoniam ⁊ nos deceptaruʒ anima
rum ruinas cuʒ fletu ⁊ merore miſe
ramur exequẽtes apoſtolice pietatiſ
exẽplum: vt cuʒ ĩfirmantibus ĩfirme
mur: ⁊ cũ flentibus defleamuſ. Spe
ramus eĩm exorandaʒ miſericordiã
dei multis lachrymis ⁊ legittima ſa
tiſfactione lapſorum: qr dum hoc in
corpore viuitur nullius deſperanda
reparatio: ſed omnium eſt optanda
correctio: auxiliante domino qui eri
git eliſos: ſoluit ꝯpeditos: ⁊ illumĩat
cecos: cui eſt honor ⁊ gloria ĩ ſecula
ſeculorum. Amen.

De epiphãia domini eiꝰdē ſmoꝰ qnṫꝰ

Hodiernã feſtiuitatē dilectiſſi mi apparitio domini noſtri Saluatoris ſicut noſtis: illu ſtrat. Et hic ille dies eſt: quo ad cognoſcēdum adorandumqꝫ dei filiū tres Magos preuia ſtella perduxit cuiꝰ facti memoriam merito placuit honore annuo celebrari: ut dū Euāgelica hiſtoria inceſſanter: ſemper ſe intelligētium ſenſibus inſerat ſaluti ferū myſterium per inſigne miraculum. Preceſſerāt qdē ꝫ documēta que corporeā natiuitatē domini manifeſtis inditiis declararēt. Cū beata maria virgo fecūdandā ſe ſpū ſcō pariturāqꝫ dei filiū audiuit: ⁊ credidit: ſiue cū ad ſalutationē ipſius in vtero Eliſabeth natus Joānes prophetica exultatione cōmotus ⁊ q̄ſi etiā intra matris viſcera ⁊ iam clamaret: Ecce agnꝰ dei ecce qui tollit peccata mūdi. uel cū ortū domini angelo nūciante paſtores celeſtis exercitus ſūt claritate circūdati ut nō ambigerent de poteſtate pueri quem trant in preſepe viſituri: nec putarēt ꝙ in ſola natura hoīs eſſet editus, cui ſupne militie famularetur occurſus. Sed hec atqꝫ alia huiuſmodi paucis tunc uidentꝛ innotuiſſe pſōis q̄ uel ad cognationē Marie virgis ul ad ſci ioſeph familiā ptiebāt. hoc aūt ſigno quod magos in lōgiquo poſitos efficaciter mouit ⁊ ad dominū ieſum pſeuerāter attraxit. illius ſine dubio gr̄e ſacrm̄ ⁊ illius fuit uocationis exordiū: quia nō in iudea tantū ſed etiā in toto mūdo xp̄i. erat euangeliū p̄dicandū ut p illā ſtellaꝫ que magoꝝ viſui ſplēduit: iſraelitarū vero oculis nō reſulſit. ⁊ illuminatio aſſignata ſit gentiū ⁊ cecitas declarata iudeoꝝ. Permanet igiꝛ dilectiſſimi ſicut euidēter apparet myſticoꝝ forma geſtoꝝ ⁊ quod imagine incohabatꝛ veritate cōpletꝛ. radiat nāqꝫ a celo ſtella p gratiā ⁊ tres magi coruſcatione euangelici fulgoris acciti in oībus quotridie natiōibus ad adorandū ſūmi regis infantiā accurrūt. Herodes in diabolo quoqꝫ fremit ⁊ auferre ſibi iniquitatis ſue regnū in his qui ad xp̄ꝫ trāſeūt: ingemiſcit. vnde ſi paruulos interficiat: ieſū ſibi uidetꝛ occidere: qd̄ vtrique facere ſine ceſſatione molitꝛ: dū primordiis renatoꝝ ſpiritū ſanctū eripe ⁊ quādā tenere fidei uelut infantiā tēptat extinguere. Judei veo qui extra regnū chriſti eſſe voluerūt. adhuc quodāmō ſub Herodis ſunt principatu. Et dominātē ſibi ſaluatoris inimico alienigene ſeruiūt p̄ſtāti quaſi neſciant ꝓphetaꝝ dicente Jacob. Non deficiet princeps ex iuda ⁊ dux de femoribꝰ ſuis donec veniat cui repoſita ſūt: ⁊ ipſe ē expectatio gentiū: Sed nondū ītelligūt quod negare nō poſſunt ⁊ mēte nō capiunt: qd̄ ſcripturaꝝ narratiōe cognouerūt quoniā inſanis magiſtrū ueritas ſcandalū ē ⁊ cecis doctoribꝰ fit caligo quod lumē ē. reſpōdēt ita qꝫ interrogati qd̄ in Bethleē naſcitur xp̄s ⁊ ſciam iuā qua alios iſtruunt nō ſequuntꝛ. Perdiderunt igiꝛ ſucceſſionē regū: placationē hoſtiarum: locum ſupplicationum: ordinē ſacerdotum. Et cum oīa ſibi clauſa: oīa expiamur ſibi eē finita: nō uidēt ea in xp̄m eſſe tranſlata. unde quod illi tres viri uniuerſaꝝ gentium pſonā gerentes adorato domino ſunt adepti. hoc in populis ſuis per fidem que iuſtificatꝛ ipios totus mundus aſſequitꝛ ⁊ hereditatē domini ante

ſecula preparataꝫ acipiunt adoptiui
⁊ perduntq uidebantur eē legitimi
Reſipiſce:⁊ tādem Iudee. Reſipiſce
⁊ ad redemptorem tuum depoſita
in fideliitate etiam conuerterez Noli
ſceleris tui manitate terreni . Non
iuſtos Chriſt9 ſed peccatores uocat
nec ipietatem tuam repellit:qui pro
te dum crucifixus eſſet:orauit imitē
crudelũ patrum tuorum ſolue ſētētiá
neque te eorum maledicto patiaris
obſtringit:qui clamātes de Chriſto
Sanguis eius ſuper nos ⁊ ſup fili
os noſtros:facinus in te ſui criminiſ
tranſfunderũt.redite ad miſericordē
vtimini:clementia remittētis.ſeuitia
eni veſtre iniquitatis conuerſa eſt in
cauſam ſalutis:viuit quē perire vo
luiſtis . Cōfitemini negatũ:adorate
venditũ ut nobis bonitas illius pro
ſit:cui ueſtra malignitas nocere nō
potuit.Quod ergo ad uerā dilectiſſi
mi pertinet charitatē: quā etiá inimi
cis noſtris ex dominica eruditione
debemus.⁊ optandũ nobis ē ⁊ ſtu
dēdũ:ut hic populus qui ab illa ſpi
ritali patꝝ nobilitate defecit: ramis
ſue arboris inſerat.Multũ eni noſ
deo beniuolentia iſta cōmendat: qa
ideo delictum eoꝝ nobis miſericor
die locũ fecit ut eos ad emulationez
ſalutis recipiende fides noſtra reno
caret.nam uitam pioꝝ non ſolũ ſibi
ſed etiam aliis eſſe vtilē decet ut qō
apud eos agi non pōt verbis obtine
atur exēplis:Conſiderantes itaque
dilectiſſimi ineffabilē erga nos diui
noꝝ numeꝝ largitatem cooperato
res ſimus gratie dei operāris in no
bis.Non.n.dormientibus prouēit
regnũ celoꝝ nec ocio deſidiaqꝫ tor
pentibus beatitudo eternitatis igre
ditur.Sed quia ſicut apoſtolus ait:
Si cōpatimur:⁊ glorificabimur:illa
nobis eſt via:quām ipſe dominus ſe
eſſe teſtificatus e:qui nobis operuꝫ
meritis ſuffragantibus ⁊ ſacramēto
conſuluit:⁊ exemplo ut in adoptionez
vocatos per illud proueheret ad ſa
lutem:p hoc imbueret ad laborem.
Hic aũt labor dilectiſſimi piis filiis
⁊ ſeruis bonis non ſolũ nec aſp nec
oneroſus ſed etiam ſuauis ⁊ leuis ē
dicente domino: Uenite ad omnes
qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego
reficiā vos.tollite iugum meũ ſuper
vos:⁊ diſcite a me quia mitis ſum ⁊
humilis corde:⁊ inuenietis requiez
aiabus veſtris. iugum enim meum
ſuaue eſt ⁊ onus meũ leue: Nihil.n
dilectiſſimi arduũ eſt humilibus ⁊
nihil aſpeꝝ mitibus.⁊ facile oia pre
cepta veniũt ad effectum quando et
gratia pretendit auxiliō ⁊ obediētia
mollit imperiũ. Intonante.n. quot
tidie auribus noſtriſ eloquio dei qd
diuine iuſticie placeat ſcire conuinci
mur.Sed quia iudicium illud quo
vnuſquiſqꝫ recipiet prout geſſerit ſi
ue bonum ſiue malũ iudicaturi pati
tientia ⁊ bonitate differtur : impuni
tatem ſibi iniquitatiſ infideliũ corda
promittũt:⁊ putant humanoꝝ actu
um qualitateſ ad diuine prouidētie
non pertinere cenſurā:quaſi nō eui
dentiſſimus plerũque ſuppliciiſ ma
le geſta plectantur:aut non ſepe cele
ſtium cōminationũ terror oſtendat:
quibus vtiqꝫ ⁊ fides mouetur ⁊ infi
delitas increpatur.Inter hec autem
permanet ſuper omnes benignitas
dei ⁊ nulli miſericordiam ſuaz dene
gat:cũ indiſcrete vniuerſis bōa mul
ta largitur:eoſqꝫ quoſ merito ſubde
ret penis:mauult inuitate beneficiis
Dilatio enim vindicte dat locũ peni
tentie.nec tamē dici poteſt nulla ibi
eſt vitio:ubi nulla conuerſio ē: quia

mens dura ⁊ ingrata iam ſibi ipſa
ſupplicium eſt ⁊ in conſcientia ipſa
patitur quicquid dei bõitate differ
tur. Non igitur delinquentes pec
cata delectent ut illos in ſuis actibꝰ
vite huius finis inueniãt. Quoniã
in inferno nulla eſt correctio: nec da
tur remedium ſatiſfactionis. ſi iam
non ſupereſt actio voluntatis dicen
te propheta Dauid: Quoniam non
eſt in morte qui memor ſit tui: i infer
no autem quis confitebitur tibi. Fu
giant noxie voluptates: inimica gau
dia: ⁊ deſideria iam iamqꝫ peritura.
quis fructus eſt que ve vtilitas ea i
deſinenter cupere: que etiam ſi non
deſerunt: deſerenda ſunt. Amor re
rum deficientiũ ad incorruptibilia
transferatur ⁊ ad ſublimia vocatꝰ
animus celeſtibus delectetur. Con
firmare amicitias cum ſanctis ange
lis. intrare in ciuitatem dei. cuius no
bis ſpondetur inhabitatio. ⁊ patri
archis ⁊ prophetiſ ⁊ apoſtolis mar
tyribuſqꝫ ſociamini. vnde ⁊ illi gau
dent: inde gaudete. Horũ diuitias
concupiſcite. ⁊ per bonam emulatio
nem ipſorum ambite ſuffragia. Cũ
quibus enim fuerit conſortium de
uotionis: erit ⁊ communio dignita
tis. Dum itaque tempus nobis ad
mandata dei exequenda conceditur
glorificare deum in corpore veſtro.
⁊ lucete dilectiſſimi ſicut luminaria
in hoc mundo. ſint lucerne mentiũ
veſtrarum ſemper ardentes. ⁊ nihil
reſideat veſtris tenebroſum in cordi
bus. Quoniam ſic ait apoſtolus:
Fuiſtis aliquando tenebre: nunc au
tem lux in domino. Impleanturqꝫ
in nobiſ que in trium magorũ ima
gine preceſſerũt. Et ſic luceat lumen
veſtrum coram hõibus ut vidẽtes
opera veſtra bona glorificent patrẽ
veſtrum qui in celis eſt. Sicut enim
magnum peccatum eſt cum inter gẽ
tes propter malos chriſtianos no
men domini blaſphematur: ita ma
gnum pietatis eſt meritum cũ eidẽ
in ſancta ſeruorum ſuorum conuer
ſatione benedicitur: Cui eſt gloria i
ſecula ſeculorum Amen.

De Epiphania domini eiuſdẽ
Sermo ſextus.

Ies dilectiſſimi quo primum
gentibus ſaluator apparuit ſa
cro nobis honore venerandus eſt.
illa hodie cordibus noſtris concipi
enda ſunt gaudia: que in trium ma
gorum fuere pectoribus quando re
gem celi ⁊ terre ſigno ⁊ ductu noui ſi
deris incitati quem crediderant pro
miſſum adorauere conſpicuum. Ne
qꝫ enim ita ille emenſus eſt dies ut
virtus operis que tunc eſt reuelata
tranſierit. nihiloqꝫ ad nos niſi rei
geſte fama peruenerit: quam fides
ſuſciperet ⁊ memoria celebraret: cum
multiplicato munere dei etiam quo
tidie noſtra experiantur tempora qc
quid illa habuere primordia. quam
uis ergo narratio euangelice lectio
nis illos proprie recenſeat dies: in
quibus tres uiri quos nec prophe
tica predicatio docuerat: nec teſtifica
tio legis inſtruxerat ad cognoſcen
dũ deũ a remotiſſima orientiſ parte
venerunt: hoc idem tamen ⁊ manife
ſtius nũc ⁊ copioſius fieri in omniũ
vocatorum illuminatiõe perſpicimꝰ
quoniam impletur prophetia Eſaie
dicẽtis: Reuelauit dominꝰ brachiũ
ſanctum ſuum in conſpectu omniũ
gentium: ⁊ viderunt omnes fineſ ter
re ſalutẽ que a domino deo noſtro
eſt. Et iterum: Et quibus non eſt an

nunciatum de eo:uidebũt.⁊ qui nõ
audierunt:intelligent. Unde cũ cer
nimus homines mundane ſapiẽtie
deditos ⁊ a Jeſu chriſti confeſſione
longinquos de profundo erroris
ſui reduci ⁊ ad cognitionem ueri lu
minis aduocari dine proculdubio
gratie ſplendor operatur: ⁊ quicqd
in cordibus tenebroſis noue lucis
apparet:de eiuſdem ſtelle radijs mi
cat:ut mentes quas ſuo fulgore col
tigerit ⁊ miraculo moueat: ⁊ ad de
um adorandum precũdo perducat
Si autem ſollicito intellectu uelimꝰ
aſpicere quomodo etiam triplex illa
ſpecies numerum ab omnibus qui
ad chriſtum greſſu fidei ueniunt: of
feratur:nonne in cordibus recte cre
dentiũ eadẽ celebratur oblatio. Au
rum eteni de theſauro animi ſui pro
mit q xp̄z regẽ vniuerſitatiſ agnoſcit
Mirrham offert:qui unigenitũ dei
credit uerã ſibi hois uniiſſe naturã
⁊ quodam cum Thure ueneratur q
in nullo ipſum paterne maieſtati im
parem cõfitent᷑. His cõparationibꝰ
dilectiſſimi diligẽter iſpectis iuẽimꝰ
etiam Herodis non deeſſe perſonã
cuius ipſe diabolus ſicut tunc fuit
oculos:Jta nunc quoqꝫ indefeſſus
eſt imitator. Cruciatur eni uocatiõe
gẽtiũ ⁊ quotidiana poteſtatis ſue de
ſtructione torquetur: dolens ubiqꝫ
ſe deſeri.⁊ uerũ Regẽ ⁊ i locis omni
bus adorari. parat fraudes .fingit
diſſenſiones.erumpit in cedes.⁊ ut
reliquis quos adhuc fallit:utatur in
uidia uritur in Judeis. ſimulatione
inſidiatur i hereticis ſeuitia aſcẽdit
in Paganis. uidet.n.iſuperabilẽ eẽ
potentiã regis eterni cuiꝰ mors ipſi
us vim mortis extinxerit:⁊ ideo to
ram nocendi artem cuius mors ipſi
us vim mortis extinxerit. ⁊ ideo to
tam nocẽdi artem in eos qui vero
regi famulantur armauit.alios per
inflationez ſcientie legalis obdurãſ
alios vero in furorem perſecutioniſ
inſtigans.alios per falſa fidei com
menta depravans. Sed hãc Hero
dis iſtius rabiem ille vincit:⁊ deſtru
it qui etiam paruulos:martyrij pal
ma coronauit:⁊ fidelibus ſuis tam
inuictam indidit charitatem:ut apo
ſtoli verbis audebant dicere: quis
nos ſeparauit a charitate chriſti: tri
bulatio:an anguſtia:an perſecutio:
an fames:an nuditas:an periculuz:
an gladius:ſicut ſcriptum eſt: Quia
propter mortificamur tota die. eſti
mati ſumus ſicut oues occiſionis. ꝯ
his omnibus ſuperamꝰ propter eũ
qui dilexit nos. Hanc fortitudinez
dilectiſſimi non illis temporibus tã
tum neceſſariam fuiſſe credimus: q
bus reges mũdi ⁊ omnes ſeculi po
teſtates cruenta impietate in dei po
pulum ſeuiebant:cum ad maximaz
gloriam ſuam pertinere dicerent: ſi
de terris nomen chriſtianum aufer
rent:neſcientes eccleſiam dei per fu
rorem ſue crudelitatiſ augeri quoni
am in ſupplicijs ⁊ mortibus beato
rum martyrum qui putabantur mi
nui numero: multiplicabantur exẽ
plo. Denique tantum contulit fidei
noſtre impugnatio perſequentium
ut nihil magis regium ornet princi
patum:q̃z quod domini mundi me
bra ſunt chriſti:nec tam gloriantur
q̃ in imperio geniti q̃z ,gaudent qͦ
in baptiſmate ſunt renati. ſed quia
tempeſtas priorum turbinum conq
euit:⁊ dudum ceſſantibus prelijs q
dam videtur arridere tranquillitas
uigilanter cauenda ſunt illa diſcri
mina que de ocio ipſius pacis oriũ
tur:Aduerſarius tamen qui in aper

tis inefficax perſecutionibus fuit te
cta nocendi arte deſeuit ut quos nō
pertulit ictu afflictionis lapſu deij
ciat voluptatis. Videns itaq; ſibi re
ſiſtere principium fideꝫ: ⁊ vnius dei
tatis inſeparabilem trinitatem non
ſegnius in palatijs q̄ȝ in eccleſijs a
dorari: interdictam dolet ſanguinis
chriſtiani effuſionem ⁊ quorum ob
tinere nō poteſt mortes: impetit mo
res. Terrores proſcriptionum i aua
ritie mutat incendium. ⁊ quos da
mus nō fregit cupiditate corrumpit
Malignitas enim longo vſu pro
prie imbuta nequitie non depoſuit
odium ſed vertit ingenium: qup ſibi
mentes fidelium blandius ſubdat.
Inflammat enim concupiſcentijs:
quos non ptoeſt vexare tormentis
ſerit diſcordias: accendit iras: ici at
linguas. ⁊ ne ab illicitis dolis cau
tiora corda ſe reuocent: conſumādo
rum ſceleruȝ ingerit facultates: quia
illi totius fraudis hic fructus eſt: ut
qui imolatione pecudum ⁊ thuris i
cenſione non colitur: quibuſlibet ei
criminibus ſeruiatur. Habet igitur
dilectiſſimi pax noſtra pericula ſua
⁊ fruſtra d̄ fideli libertate ſecurí. ſūt
qui vitiorum deſiderijs non reſiſtūt
Cor hominum de operum oſtendi
tur qualitate ⁊ formas mentiuȝ ſpe
cies detegit actionum: nam ſunt qui
dam ſicut ait apoſtolus. Qui deuȝ
profitentur ſe ſcire: factis autem ne
gant. Vere enim reatus negationis
incurritur quando bonum quod i
ſono vocis auditur in cōſcientia nō
habetur. fragilitas enim conditiōis
facile in delicta prolabitur. Et quia
ſine delectatione peccatum eſt: cito
acquieſcunt deceptorie voluptati. ſȝ
a carnalibus deſiderijs recurrat ad
ſpiritale preſidium. ⁊ mens habens
noticiam dei ſui ⁊ conſilijs ſe male
ſuadendi hoſtis auertat. Proſit il
li patientia dei. nec ideo delinquen
di pertinacia nutriatur: quia vindic
ta differtur. Non ſic peccator de im
punitate ſecurus. quia ſi tempus p
nitentie amiſerit: locum indulgētie
nō habebit: dicente propheta: quia
non eſt in morte qui memor ſit tui: i
inferno autem quis confitebitur ti
bi. Qui autem ſibi correctiōis repa
rationem experitur eſſe difficilē: con
fugiat ad auxiliantis dei clementiaȝ
⁊ vincula male conſuetudinis ab il
lo poſcat abrumpi: qui alleuat om
nes: qui corruunt ⁊ erigit omnes eli
ſos. Non erit vacua confitentis ora
tio: quoniam miſericors deus volū
luntatem timētibus i ſe faciet: ⁊ da
bit quod petitur: qui dedit: unde pe
teretur. per dominū noſtrum Jeſū
chriſtum qui uiuit ⁊ regnat in ſecula
ſeculorum Amen.

De Epiphania domini eiuſdem
ſermo ſeptimus.

Memoria rerum ab humani ge
neris ſaluator geſtarum ma
gnam dilectiſſimi nobiſ confert vti
litatem: ſi que veneramur cōdita. ſu
ſcipiamus imitandā: in diſpenſatio
nibus enim ſacramentorum chriſti
⁊ virtutes ſunt gratie ⁊ incitamenta
doctrine. ut quem confitemur fidei
ſpiritu: operum quoque ſequamur
exemplo: Nam etiam ipſa primor
dia que dei filius per matrem uirgi
nem naſcendo ſuſcepit: ad profectuȝ
nos pietatis inſtituunt. Simul eni
apparet cordibus rectis in una ea
demq; pſona et humana humilitas
⁊ diuina maieſtas quē cune teſtāē

infantem:celuʒ ⁊ celeſtia ſuũ loquũ
tur autorem.puer corporis parui do
minus ⁊ rector eſt mũdi:⁊ genitricis
gremio continetur qui nullo fine cõ
cluditur.Sed in his noſtroꝝ vulne
rum eſt curatio ⁊ noſtre deiectionis
erectio:quia niſi in vnũ tanta diuer
ſitas conueniret:reconciliari deo hu
mana natura nõ poſſet. Legẽ ergo
viuendi remedia nobis noſtra ſan
xerũt ⁊ inde data eſt morbus forma
unde mortuis eſt impenſa medicina
nec imerito cum tres magoſ ad ado
randum Jeſum noui ſideris claritaſ
deduxiſſet non eum imperantẽ de
monibus:non mortuos ſuſcitanteʒ.
non cecis viſum:nõ claudis greſſũ
aut mutis eloquium reformantem:
nec in aliqua diuinaꝝ virtutũ actio
ne viderut.ſed pueꝝ ſilentem quietũ
⁊ ſub matris ſollicitudine cõſtitutũ
in quo nullum quideʒ appareret õ
poteſtate ſignũ:ſed magnum prebe
retur de humilitate miraculũ. Ipſa
itaqʒ ſpecies ſacre infantie cui ſe de
us dei filius aptarat predicationem
auribus intimandam oculiſ ingere
bat.⁊ quod adhuc vocis non profe
rebat ſonus:viſionis iam docebat
effectus.Tota.n.victoria ſaluatoris
que ⁊ diabolum ſuperauit ⁊ mun
dum : humilitate eſt concepta hu
militate eſt confecta. Diſpoſitos di
es ſub perſecutione incboauit:⁊ ſub
perſecutione finiuit. nec puero tole
rantia paſſionis nec paſſuro defuit
manſuetudo puerilis:quia vnigeni
tus dei ſub vna maieſtatis ſue incli
natione ſuſcepit:ut ⁊ homo vellet na
ſci ⁊ ab hominibus poſſet occidi.Si
igitur omnipotens deus cauſaʒ no
ſtram:nimis malaʒ humilitatis pri
uilegio bonam fecit: ⁊ ideo deſtruit
mortem ⁊ mortis autorem:quia om
nia que perſecutores intulere nõ re
nuit.ſed obediens patri crudelitateſ
ſeuientium iuſtiſſima lenitate tolera
uit.quantũ nos hũiles quãtũ opor
tet eſſe patientes. Qui ſi quid labo
ris incidimuſ:nunquam niſi noſtro
merito ſuſtinemus.Quis auteʒ glo
riabitur caſtũ ſe habere cor: aut mũ
dum ſe eſſe a peccato:dicente beato
Joanne:Si dixerimus quia pecca
tum nou habemus:nos ipſos ſedu
cimus:⁊ veritas in nobis non ẽ: qs
inuenitur ita imunis a culpa ut ĩ eo
non habeat uel iuſticia quod argu
at:uel miſericordia quod remittat.
Unde tota dilectiſſimi chriſtiane ſa
pientie diſciplina non in abũdantia
uerbi non in aſtutia diſputandi ne
qʒ in appetitu laudis ⁊ glorie ſed in
vera ⁊ uolũtaria humilitate cõſiſtit:
quam dominus Jeſus ab vtero ma
tris vſqʒ ad ſupplicium crucis pro
omni fortitudine ⁊ elegit ⁊ docuit:
Nam cum diſcipuli eius intra ſe ut
ait euangeliſta diſquirerent quiſ eo
rum maior eſſet in regno celoruʒ: vo
cauit paruulum ⁊ ſtatuit eum in me
dio eorum ⁊ ait:Amẽ amen dico vo
bis niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiami
ſicut puuli nõ intrabitiſ in regnũ ce
lorum:Quicũqʒ ergo humiliauerit
ſe ſicut paruulus iſte:hic maior eſt in
regno celorum.Amat chriſtuſ infan
tiam humilitatis magiſtraʒ innocẽ
tie regulam manſuetudinis formã.
Amat chriſtus infantiam ad quam
maiorum dirigit mores. ad quaʒ ſe
num reducit etates ⁊ eos ad ſuuʒ in
clinat exemplũ:quos ad regnũ ſub
limat eternum.Ut autem plene vale
amus agnoſcere quomodo appre
hendi poſſit tam mira conuerſio ⁊
in puerilẽ gradũ q̃ nobis imitatiõe
redeũdũ ſit:docet noſ.b.apls ⁊ dicit

Nolite pueri effici ſenſibꝰ: ſed mali
tia paruuli eſtote. non ergo ad lubri
ca infantie ⁊ ad imperfecta nobisꝰ p̄
mordia redeundū eſt. Sed aliquid
quod etiam graues annos deceat:
inde ſumendū ut uelox ſit cōmotio
nū tranſitus: citus ad pacē recurſus
Nulla ſit memoria offenſionis. nul
la cupiditas dignitatiſ. Amor ſocie
dilectionis: equalitas naturalis. ma
gnū enim bonū eſt nocere nō poſſe
⁊ ad maligna non ſapere: quia infer
re ac referre iniuriā mundi huiꝰ pru
dentia eſt. Nemini autem malum ꝓ
malo reddere chriſtiane eſt equani
mitatis infantia. Ad hanc nos ſimi
litudinē dilectiſſimi paruulorū my
ſteriū hodierne feſtiuitatis inuitat:
⁊ hanc nobis utilitatis formā ado
ratus a magis puer ſaluator inſinu
at: qui ut imitatoribus ſuiſ quid glo
rie pararet oſtenderet: ortus ſui tem
pore editos martyrio conſecrauit ut
in bethleē ubi xp̄s natuſ eſt geniti ꝑ
cōmunionē etatis conſortes fierent
paſſionis. Ametᷣ igitur humilitas:
⁊ oīs ab infidelibus vitetur elatio.
Alter alterum ſibi preferat. ⁊ nemo
quod eſt ſuū querat: ſed quod alte
rius ui cum ia omnibus abundaue
rit affectus beniuolentie: in nullo vi
rus inueniatur inuidie. Quoniā qui
ſe exaltat humiliabitᷣ. ⁊ qui ſe humi
liat exaltabitᷣ. eodem ipſo atteſtante
domino Jeſu chriſto: qui cum patre
⁊ ſpū ſancto uiuit ⁊ regnat deus: in
ſecula ſeculoꝝ amen.

## De Epiphania domini eiuſdē ſermo octauus.

Cauſam dilectiſſimi ⁊ rationē
ſolennitatis hodierne ſepe no
bis ⁊ euangelica narratio ⁊ obſeruā
tie conſuetudo patefecit: nec neceſſe
eſt ita nunc que inter ſaluatoris no
ſtri primordia humana ſunt geſta:
replicare ut de ſplēdore noui ſideris
de magis magorumq; muneribus
de ſeuitia Herodis ⁊ interfectione i
fantium: differamus: cū ſicut noſtiſ
⁊ in ſtelle fulgore dei gratia: ⁊ in tri
bus viris vocatio gentium ⁊ in rege
impio crudelitas paganorum ⁊ i oc
ciſione infantium cunctorum marty
rum forma preceſſerit. ſed quia in ſa
cratiſſimi die reddendū expectatiōi
veſtre eſt ſacerdotalis ſermonis offi
cium nitamur ut poſſumus adiuuā
te ſpiritu dei: per intelligētie ſemitas
peruenire: ut cognoſcamus ſacramē
tum preſentis feſti ad omnium fide
liū i tempora pertinere: nec vllo mo
do habeatur inſolitum: quod in diſ
penſationum ordine adoratᷣ ātiquū
Quāuis enim omnis anima chriſti
ana nihil indignum debeat de filij
dei maieſtate ſentire ⁊ tranſcenſis in
cipientis fidei rudimentis oporteat
unūquēq; ad ſublimiora proficere:
neceſſe eſt tamen infirmitati men
tis humane dum uerum hominem
accipit chriſtum de ipſa nature no
ſtre communionem trepidare ⁊ per
initia uel incrementa corporea ad ag
nitionē vnius cum patre deitatis diſ
ficulter accedere. ſed ubi inter calli
gantes cogitationes radius ſupne
lucis effulſerit: contanteſ fidei moraſ
ſplendor ueritatis abrumpat: ut cor
liberum ⁊ a uiſibilibus abſolutū lu
men intelligentie tanquā ducem ſtel
lam ſequatur: quia ſicut apoſtolus
ait: Dominus ieſus chriſtus i gloria
eſt dei patris: ut quē uenerabatur i
cuius humilitate iacentem ipſum ſi
ne diffidentia adoret cum patre re
gnantem: Hec autem manifeſtatio
dilectiſſimi que heſitantiū nebulā

diſſoluit animarũ: ⁊ ita fecit innoteſ
cere dei filium ut ꝺ hoc qꝺ idẽ ẽ etiã
hoĩs filius nihil patiatur obſtaculi
ad preſentis feſti pertinet dignitatē
⁊ uera eſt infantia Saluatoris decla
ratio deitatis quando carnis ſenſus
ab humanis ad diuina transfert: ut
quos deprimunt experimenta ĩfirmi
tatum: erigant ſigna uirtutum: quia
tali auxilio ⁊ natura noſtra ĩdigebat
⁊ cauſa: ut repararetur genus hũanũ
nec ſine humilitate maieſtas nec ſine
maieſtate poſſet humilitas. Iaꝫ uero
in ſingulorum fidelium profectibus
diuinorum elucet cuſtodia mãdatoꝝ
ĩpleturq; quod dictũ eſt: Sic luceat
lux ueſtra coraꝫ hominib⁹: ut uideãt
opera ueſtra bona: ⁊ glorificẽt patrẽ
ueſtrum: qui in celis eſt. Quis illic
preſentem non intelligat maieſtatem
ubi ueram uidet apparare uirtutem
que utique ſine deo nulla eſt: nec pro
prietatem obtinet deitatis: niſi ſpiritũ
ſui uegetetur auctoris Dicente enim
diſcipulis ſuis domino. ſine me nihil
poteſtis facere: dubium nõ eſt hoĩem
bona: agẽteꝫ ex deo habere ⁊ effectũ
operis: ⁊ initium bone uoluntatis
Unde ⁊ apoſtolus copioſiſſimus fi
delium cohortator cuꝫ timore ĩquit
⁊ tremore ueſtraꝫ ſaluteꝫ operamini
Deus eſt eniꝫ qui operatur ĩ nobis
⁊ opera pro bona uoluntate: ⁊ hec
acris cauſa eſt tremedi atq; metuẽdi
ſne ipſis operib⁹ pietatiſ elati deſerãt
ope gratie: ⁊ remaneant in infirmita
te nature. Qui aũt experiri cupit: an
in ipſo deus habitet de quo dicitur
mirabilis deus ĩ ſanctis ſuis: ſi ſi nce
ro examine cordis ſui interiora diſ
cutiat: ⁊ ſagaciter q̃rat qua humili
tate reſiſtat ſupbie: q̃ beniuolẽtia ob
luctet̃ inuidie: q̃ꝫ nõ capiat̃ adulãtiũ
linguis: q̃ꝫ q; bonis delectet̃ aliẽis

An ꝓ malo nõ cupiat malũ redde
re: malitq; multas obliuiſci ĩiurias
q̃ꝫ imaginem ſui conditoris amitte
re: qui omnes ad cognitionẽ ſui
generalibus incitãs doniſ pluit ſuꝑ
iuſtos ⁊ iniuſtos: ⁊ ſolẽ ſuũ oriri fa
cit ſuꝑ bonos ⁊ malos ac ne ĩ multiſ
laboret ſollicite diſcretionis ĩſpectio
ipſam matrẽ virtutũ oĩuꝫ charitateꝫ
in ſecretis ſue mentis inquirat. ⁊ ſi ĩ
ea dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi toto corde
intente reperit: ita ut etiam inimicis
eadẽ velut tribui quẽ ſibi optat ipẽ
di. Quiſquis huiuſmodi eſt: deũ re
ctorem ſui eſſe non dubitet: quẽ tãto
magnificentius receperit quãto ma
gis non in ſe ſed in domino gloriat̃
Quoniã quibus dicitur regnũ dei
intra vos eſt: hi nimirũ illius agũt̃
ſpiritu cuius regunt̃ ĩperio. Scĩteſ
igit̃ dilectiſſimi quoniã charitaſ de
us eſt qui opatur oĩa in nobis. Se
ctamini charitatẽ ita ut in vnũ caſte
dilectioniſ affectum vniuerſorũ fide
liũ corda concurrant tranſeũtia noſ
⁊ vana nõ occupent: conſtãti deſide
rio ad ea que ſunt ſemper manſura
tendamus. ſacrm̃ enim p̃ſentis feſti
oportet in nobis: eẽ ꝑpetuuꝫ: quod
vtiq; ſine fine celebrabit̃ ſi in oĩbuſ
actibus noſtris domin⁹ Jeſus xp̃s
appareat: q cuꝫ pr̃e ⁊ ſpũ ſcõ viuit ⁊
regnat in ſecula ſeculorũ Amen.

De Quadrageſima eiuſdem
ſermo primus.

Ebreorũ quondã pp̃ls ⁊ oẽs
iſraelitice trib⁹ cũ ꝑ ꝑ pctõꝝ ſu
oꝝ offẽſiões graui phyliſtinoꝝ dñã
tione p̃merent̃ ut ſupare hoſtes ſu
os nõ poſſẽt ſicut ſacra mãifeſtat hi
ſtoria: vices ai ⁊ corpis ĩdicto ſibi re
c ieiũio, ĩtellexerãt. n. durã ⁊ miſer ã

illaꝫ ſubiectionē neglectu ſe manda
torum dei ⁊ morꝫ corruptione me
ruiſſe:fruſtraqꝫ ſe armis certare: ni
ſi priuſ uitijs repugnaſſent. Abſtinē
tes ergo a cibo ⁊ potu ſeuere ſibi ca
ſtigationis adhibuere cenſurā: ⁊ ut
hoſtes ſuos uincerēt gule illecebraꝫ
in ſcipſis ante uincerūt. Factūqꝫ eſt
hoc mōut ſeui aduerſarii ⁊ graues
domini eſurientibus cederēt:quos
ſibi ſaturos ſubiugarant. Et uos ita
qꝫ dilectiſſimi inter multas aduerſi
tates ⁊ prelia conſtituti ſi ſimilibus
remediis :ut cupimus: ſimili obſer
uatione curemur. Eadem enim pro
pemodum cauſa noſtra eſt que illo
rum fuit:quoniam ſicut illi a carna
libus aduerſarijs:ita ⁊ nos a ſpirita
libus maxime impugnamur inimi
cis. Qui ſi donata nobis per dī gra
tiam morum correctione uincantur
⁊ corporeorꝫ nobis hoſtium forti
titudo ſuccumbet:⁊ emendatiōe no
ſtra infirmabuntur quo graues no
bis in ipſorum merita ſed noſtra de
licta fecerunt. Quapropter dilectiſſi
mi vt omnes hoſtes noſtroſ ſupera
re valeamus:per obſeruantiā celeſti
um mandatorꝫ diuinꝫ queramꝰ
auxilium. ſcientes nō aliter nos pre
ualere poſſe aduerſarijs noſtris ni
ſi preualuerimꝰ ⁊ nobis. Sunt eniꝫ
intra noſmetipſos multa certamina
⁊ aliud caro aduerſus ſpiritū: aliud
aduerſus carnem ſpiritus concupi
ſcit. In qua diſſentiōe ſi cupiditates
corporis fuerit fortiores:turpiter ani
mus amittet propriaꝫ dignitatem:⁊
pernitioſum erit eū ſeruire: queꝫ de
buerat imperare. Si aūt mens recto
ri ſuo ſubdita ⁊ ſupernis muneribꝰ
delectata terrene uoluptatis incita
menta calcāuerit:⁊ ī ſuo mortali cor
pore regnare peccatuꝫ nō ſciuerit:or

dinatiſſimū tenebit ratio principatū
⁊ mutationes eius nulla ſpiritaliuꝫ
nequitiarum labefactabit iluſio: qr
tunc eſt vera pax hominis: ⁊ uera li
bertas:quādo ⁊ caro animo iudice
geritur:⁊ animꝰ deo preſide guber
natur. Hec aūt preparatio dilectiſſi
mi licet omni tēpore ſalubriter aſſu
matur:ut peruigiles hoſtes īceſſabi
li ſuperentur induſtria. Nunc tamē
ſolicitius expectāda ē ⁊ ſtudioſius ī
ſtruenda:quando ⁊ ipſi ſubtiliſſimi
aduerſarij acriori inſ diātur aſtutia.
Scientes enim agere nos ſacratiſſi
mos quadrageſſime dies in quorū
obſeruantia omnes neglīgēte dilu
untur:ad hoc totaꝫ vim ſue maligni
tatis intendūt:vt celebraturi ſanctuꝫ
paſcha domini ī aliquo īueniamur
īdigni:⁊ vnde nobis obtinēda erat
propitiatio:inde ꝯtrahatur offenſio
Accedētes ergo dilectiſſimi ad qua
drageſime initium: ideſt ad diligen
tioreꝫ domini ſeruituteꝫ. Quia qua
ſi ad quēdam agonem ſancti operiſ
accedimus:ad pugnas tēptationuꝫ
animos preparemus: ⁊ intelligamꝰ
quāto ſtudioſiores pro noſtra ſalu
te fuerimus:tanto nos vehementiuſ
ab aduerſarijs impetendos. Sꝫ for
tior eſt qui in nobis ē:qꝫ qui aduer
ſum nos eſt:⁊ per ipſuꝫ validi ſumꝰ:
ī cuius virtute ꝯfidimus: qr ob hoc
dn̄s ſe tēptari a tēptatore permiſit:vt
cuiꝰ munimur auxilio:eiuſdē erudi
diremur exēplo. Vicit eiꝫ aduerſari
uꝫ:vt audiſtis:teſtimonijs legis: nō
ptāte virtutꝫ:vt hoc ipſo ⁊ hoīem plꝰ
honoraret:⁊ aduerſariū plus puni
ret:cū hoſtis generis hūani nō ſolū
quaſi a deo ſed etiam ab homine vi
ceretur. Pugnauit ergo ille tunc:vt
⁊ nos poſtea pugnaremus. Vicit il
le:vt ⁊ nos ſimiliter vinceremus.

Nulla ſunt enim ſine temptationū
experimentis opera uirtutis: nulla
ſine perturbatōnibus fides: ⁊ nullū
ſine hoſte certamen: nulla ſine con
greſſione victoꝛia. Uita hec noſtra ĩ
medio inſidiatoꝛuꝫ: in medio pꝛelio
ruꝫ ē. Si nolumus decipi vigilādū
eſt. Si volumus ſuperare pugnādū
eſt. Et iō ſapientiſſimus Salomon.
Fili inquit accedens ad ſeruitutem
dei: pꝛepara animā tuaꝫ ad tēptatio
nem. Uir eiꝫ dei ſapiētia plenus ſci
ens ſtudiū religionis laboꝛeꝫ habe
re certaminis: cū pꝛeuideret pugne
periculuꝫ: ante admonuit pugnatu
ruꝫ: ne foꝛte ſi ad ignoꝛantē tēptatoꝛ
accederet: īparatuꝫ citius vulneraret
Nos itaqꝫ dilectiſſimi qui diuinis
inſtitutionibus eruditi: ad agonem
pꝛeſentis certaminis ſcienter accedi
mus: audiamus dicentē apoſtoluꝫ:
Non eſt nobis colluctatio aduerſuſ
carneꝫ ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus pꝛĩ
cipes ⁊ poteſtates: aduerſus mundi
rectoꝛes tenebrarū harū: cōtra ſpi
ritalia nequitie in celeſtibus: ⁊ non
ignoꝛemus ꝙ hi hoſtes noſtri con
tra ſe geri oīa ſentiunt: quecūqꝫ noſ
pꝛo noſtra ſalute agere tēptamus: ⁊
hoc ipſo qđ boni aliquid appetimꝰ
aduerſarios pꝛouocamus. Hec eīm
inter nos atqꝫ illos per diabolice ĩ
uidie fomitē inueterata diſſentio ē.
vt q꞉ illi ab ijs bonis exciderunt: ad
que nos deo auxiliāte pꝛouehimur
noſtris iuſtificationibus toꝛquean
tur. Si ergo nos erigimur: illi coꝛru
unt. Si nos cōualeſcimus illi infir
mantur. Remedia noſtra plage ip
ſoꝛum ſunt: q꞉ curatione noſtroꝛum
vulnerū vulnerātur. State ergo di
lectiſſimi: vt apoſtolus ait: ſuccincti lū
bos mētis veſtre in veritate: ⁊ calcia
ti pedes in pꝛeparatione euāgelij pa
cis in oībus ſumētes ſcutuꝫ fidei in
quo poſſitis oīa tela nequitie ignea
extinguere: ⁊ galeaꝫ ſalutis aſſumi
te: ⁊ gladium ſpiritus qđ eſt verbuꝫ
dei. Uidete dilectiſſimi qꝫ potētibꝰ
nos telis: qꝫ inſuperabilibus muni
mētis dux multis inſignis triūphiſ
⁊ īuictus chriſtiane militie magiſter
armauerit. Succinxit lūbos balteo
caſtitatis: calciauit pedes vīculo pa
cis: q꞉ ⁊ diſcinctus miles cito ab ipu
dicitie incentore uincitur: ⁊ non cal
ciatus facile a ſerpēte moꝛdetᷣ. Scu
tum fidei ad ꝓtectionē totius coꝛpis
dedit: capiti galeā ſalutis īpoſuit: de
xteraꝫ gladio verbi veritatis inſtru
xit: ut ſpiritalis pꝛeliatoꝛ: nō ſoluꝫ ſit
tutus a vulnere: ſed ⁊ repugnantem
ualeat uulnerare. His igitᷣ dilectiſ
ſimi freti armis īpigre atqꝫ intrepi
de pꝛopoſituꝫ nobis certamen inea
mus: ut in iſto ieiunioꝛuꝫ ſtudio nō
eo tantū ſimus fine contenti: ut ſolā
ciboꝛū abſtinentiā putemus eſſe ſec
tandaꝫ: Parū eīm eſt: ſi carnis ſub
ſtantia tenuatur: ⁊ aīe foꝛtitudo nō
alitur. Afflicto paululum exterioꝛe
hoīe: reficiatur interioꝛ: ⁊ ſubtracta
ſaturitate coꝛpoꝛea ſpiritalibꝰ mēs
delitijs roboꝛetᷣ. Circūſpiciat ſe oīs
aīa chriſtiana: ⁊ ſeuero examine coꝛ
dis ſui interna diſcutiat. videat ne
qd ibi diſcoꝛdie ihēſerit: ne qd cupi
ditatis īſederit. Incōtinētiā caſtitas
ꝓcul pellat: mendacij tenebras lux
abigat ueritatis. Quia os qđ menti
tur aīam mentientis interficit. Detu
meſcat ſuperbia: humilitas aſſuma
tur: reſipiſcat iracūdia: cōminuantᷣ
iacula noxiarum: ⁊ obtrectatio lin
gue frenetur. Ceſſent uindicte ⁊ obli
uioni mādētᷣ iniurie. Ois poſtremo
plātatio quā nō plātauit pr̄ celeſtis:
radicitꝰ auferatᷣ. Tūc eiꝫ ī nobis bū

uirtutem ſemina nutriuntur: quãdo ab agro cordis noſtri omne germen externum euellitur. Si quis ergo in quempiam ita cupiditate ultionis exarſit ut eum aut carceri traderet aut uinculis alligaret: abſolutionez non ſolum inſontis ſed etiam eius qui pena dignus uidetur: acceleret ut illa dominice orationis regula fidenter utatur: dicens dimitte nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos dimitimus debitoribus noſtris. Quam partem petitionum ita dominus in ſpeciali inſinuatione commẽdat: ut totius orationis effectus in hac conditione cõſiſtant. Si enim inquit dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet ⁊ pater ueſter uobis qui in celis eſt Si autem nõ dimiſeritis hominibꝰ nec pater ueſter dittet uobis peccata ueſtra. ꝓinde dilectiſſimi memores infirmitatis noſtre quia facile in q̄libet delicta prolabimur: hoc potẽtiſſimuz remediuz ⁊ iſtaz efficaciſſimaz uulnerum noſtrorum curationem nullatenus negligamus. Demus ueniã: quã rogamus: ⁊ nõ ſtudeamꝰ uindicari: q nobis precamur ignoſci pauperꝝ gemituſ ſurdo nõ trãſeamꝰ auditu: ⁊ miſericordiam idigẽtibus prompta benignitate preſtemus vt miſericordiam in iudicio poſſimus īuenire. Ad quã perfectõez q ſtudiũ ſuum gratia dei adiutus intenderit hic ſanctum ieiuniũ fideliter paget Hic a fermẽto malicie ueteris alienꝰ in azimis ſinceritatis ⁊ ueritatis ad beatum paſcha perueniet: ⁊ per nouitatem uite digne letabitur ī ſacramento reformatõis humane. Per Chriſtum dominũ noſtrum qui cũ patre ⁊ ſpũ ſancto uiuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen

De q̄drageſima eiuſdẽ ſmo ſs.

Licet nobis dilectiſſimi appropinquãte feſto paſchali ieiuniũ quadrageſime ipſe legittimi tẽporis recurſus īdicat. cohortatio tamẽ ẽt noſtri ſermoĩs adhibẽda eſt: que auxiliãte dño nec īutilis ſit pigris: nec oneroſa deuotꝫ. Nam cũ oẽm obſeruantiã nr̃am rõ iſtorũ dierum poſcat augeri: nemo ẽ vt confido de vobis qui ſe ad opus bonuz non gaudeat incitari. Natura eĩm noſtra manẽte adhuc mortalitate mutabilis ẽt ſi ad ſũma queqz virtutum ſtudio prouehatur: ſemp tamen ſicut põt habere quo recidat ita põt habere quo creſcat. ⁊ hec eſt perfectoruz vera iuſtitia: vt nũquaz preſumant ſe eſſe perfectos: ne ab itineris nõdum finiti intẽtione ceſſantes ibi incidãt deficiẽdi periculum: vbi proficiẽdi depoſuerint appetitũ. Quia ergo nemo noſtruz dilectiſſimi tã perfectus ẽ ⁊ ſanctus: vt perfectior ⁊ ſanctior ẽe ñ poſſit. oẽs ſimul ſine differẽtia graduũ: ſine diſcretione meritoꝝ ab ĳs ī que peruenimꝰ: in ea que nondũ apprehendimꝰ pia auiditate curamus: ⁊ ad mẽſuraz cõſuetudinis nr̃e neceſſarĳ aliqd addamus augmenti. Paruz enim religioſus alio tẽpore demonſtratur: qui in his diebus religioſior nõ inuenitur. Unde opportune auribus noſtris lectio apoſtolice predicationis inſonuit dicens. Ecce nunc tẽpuſ acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Quid eniz acceptius hoc tempore. quid ſalubrius his diebus: in qbuſ vitĳs bellum indicitur: ⁊ omnium virtutum profectus augetur. Semper quidem tibi o anima Chriſtiana vigilandum contra ſalutis tue aduerſarium fuit: ne vllus pateret locus temptatoris inſidĳs: ſed mo

do tibi maior cautio ⁊ ſollicitior aſ
ſumenda prudentia eſt:quando idē
hoſtis tuꝰ acriori ſeuit inuidia. Nūc
autem in toto mundo poteſtas ei
antique damnationis auffertur:⁊ in
numerabilia illi captiuitatiſ uaſa ra
piuntur. Renuntiat atrociſſimo pre
doni a populis omnium nationum
omniumqꝫ linguarum:⁊ nulluꝫ iaꝫ
genus hominum reperit:quod nō
tirannicis legibus reluctetur:dum
per omnes fines terre regeneranda
in Criſto multorum milium milia
preparēt:appropīquāte noue crea
ture ortu:ſpiritalis nequitia ab his
quos poſſidebat:excluditur. Fremit
ergo expoliati hoſtis impius furor
⁊ nouū querit lucrum:qꝛ ius perdi
dit antiquuꝫ. Captat indefeſſus ⁊ ꝑ
uigil ſi quas reperiat oues a ſacris
gregibus negligentius euagantes:
quas per procliua voluptatuꝫ ⁊ per
deuerā luxurie i diuerſoria mortis
inducat. Inflammat itaqꝫ iras: nu
trit odia:acuit cupiditates: irridet ꝯ
tinentiā:incitat gulam. Queꝫ enim
temptare non audeat:qui nec ab ip
ſo domino noſtro Jeſu Chriſto co
natuꝫ ſue fraudis abſtinuit. Nam ſi
cut euangelica patefecit hyſtoria: cū
ſaluator qui erat verus deus: vt ve
rum hoīem etiam demonſtraret:⁊ i
pias opiniones totius erroris exclu
deret:poſt quadraginta dierū noc
tiumqꝫ ieiuniuꝫ infirmitatis noſtre
in ſe recepiſſet eſuriem: gauiſus dia
bolus ſignū ſe in eo paſſibilis atqꝫ
mortalis inueniſſe nature:vt explica
ret potentiaꝫ:quam timebat. ſi filius
dei inquit es: dic vt lapides iſti pa
nes fiant. Poterat itaqꝫ iſtud om
nipotēs:⁊ facile erat vt ad creatoris
imperiuꝫ i n quam iuberetur ſpeciē:
cuiſlibet generis creatura tranſiret
ſicut cuꝫ voluit in cōuiuio nuptiali
aquam mutauit in vinuꝫ. Sed hoc
magis ſalutiferis diſpenſationibus
congruebat:vt neqſſimi hoſtis aſtu
tia non potentia deitatis ſed humi
litatis myſterio vinceretur. Deniqꝫ
fugato diabolo ⁊ oībus artibus ca
lidi tēptatoris eliſis acceſſerunt ad
dominum angeli ⁊ miniſtrabant ei
vt veri hominis ⁊ veri dei ⁊ apō do
loſas interrogationes inuiolata eēt
humanitas:⁊ apud ſācta obſequia
manifeſta diuinitas. Confundātur
itaque filij diaboli atque diſcipuli
qui repleti inſpiratione viperea ſim
plices quoſqꝫ decipiunt negantes i
Chriſto veraꝫ eſſe naturam dū aut
deitatem homine:aut hominēꝫ dei
tate diſpoliant:cum vnius temporis
gemino documento vtraqꝫ falſitas
ſit perempta:qꝛ ⁊ per famē corporis
vera humanitas: ⁊ per famulantes
angelos demonſtrata eſt manifeſta
diuinitas. Quia ergo dilectiſſimi ſi
cut redemptoris noſtri magiſterio e
docti ſumus:non in ſolo pane viuit
homo:ſꝫ i omni verbo dei dignūqꝫ
eſt:vt populus chriſtianus in quan
tacūqꝫ abſtinentia conſtitutus ma
gis deſideret ſe dei verbo q̄ꝫ cibo ſa
tiare corporeo prompta deuotione ⁊
alacri fide ſuſcipiamus ſolēne ieiu
nium non in ſterili inedia quam ple
rūqꝫ ībecillitas corporis ⁊ auaritie
morbus inducit:ſꝫ in larga beniuo
lentia celebrandum eſt: vt ſcilicet ſi
mus de illis:ō quibus ipſa veritas
dicit. Beati qui eſuriunt:⁊ ſitiunt iu
ſtitiam:quoniaꝫ ipſi ſaturabuntur.
Delitie igit noſtre ſint opera pietatꝫ
⁊ illis cibis qui nos ad eternitatem
nutriunt:ipleamur. Letemur in re
fectionibus pauperuꝫ:quos impen
dia noſtra ſatiauerint. Jocūdemur

ſentiant humanitates noſtram egri
tudines decumbentium:imbecillita
tes debilium:labores exulum:deſti
tutio pupillorum:⁊ deſolatarum la
menta viduarum:in quibus iuuan
dis nemo eſt qui non aliquam poſ
ſit exequi beniuolentie portionem.
Nulli enim paruus é ſenſus cui ma
gnus eſt animus:nec de rei familia
ris modo menſura miſerationis pé
det ac pietatis nunquam merito ca
ret etiam in tenui facultate bone vo
luntatis opulentia. Maiora quidé
impendia ſunt diuitum ⁊ minora me
diocrium:ſed non diſcrepat fructuſ
operum ubi idem eſt affectus operan
tium. In iſta autem dilectiſſimi exer
cendarum opportunitate virtutum.ſũt
etiam aliarum inſignia opera coro
narum que nullo horreorum diſpendio
nulla diminutione pecunie capiantur
ſi pellatur laſciuia:ſi abdicetur ebrie
tas.⁊ carnalis concupiſcentia caſti
tatis legibus edometur:ſi odia trã
ſeant in dilectionem:ſi inimicitie cõ
tantur in pacem:ſi tranquillitas ex
tinguat iram:ſi manſuetudo remit
tat iniuriam:ſi deniqꝫ dominorũ at
qꝫ ſeruorum tam ordinati ſint mo
res ut ⁊ illorum poteſtas minor:et
iſtorum ſit diſciplina deuotior. Hac
igitur obſeruantia dilectiſſimi obti
nebitur miſericordia dei ⁊ abolito
peccatorũ reatu religioſe venerãdũ
paſcha celebrabitur. Quod ⁊ roma
ni orbis piiſſimi ĩperatores ſancta
antiquitus obſeruatione cuſtodiũt:
qui in honorem dominice paſſioniſ
altitudinem ſue poteſtatis inclinãt
⁊ cõſtitutionũ ſuarũ ſeueritate mol
lita multarum culparum reos preci
piunt relaxari:ut in diebus quibuſ
mundus ſaluatur miſeratione diui
na etiam ipſorum ſuperne bonitatiſ
clementiã. Imitentur igitur chriſtia
ni populi principes ſuoſ ⁊ ad dome
ſticam indulgentiã regiis excitentur
exemplis.non enim priuatas leges
fas eſt auſteriores eſſe qꝫ publicas
Remittantur culpe:vincula ſoluan
tur:deleantur offenſe:pereant vltio
nes.ut ſacra feſtiuitas per diuinam
atqꝫ humanam benignitatem om
nes letantes omne ⁊ habeat innocé
tes. Per dominũ noſtrum Jeſum
xpm qui cum deo patre ⁊ ſpiritu ſã
cto viuit ⁊ regnat deus per infinita
ſecula ſeculorum Amen.

## De Quadrageſima eiuſdem ſermo tertius.

Emper quidem nos dilectiſſi
mi ſapienter ⁊ ſancte viuere de
cet:⁊ in id voluntates noſtras ãctio
neſqꝫ dirigere:quod diuine noui
mus placere iuſticie:ſed cum hi ap
propinquãt dies:quos illuſtriores
nobis ſalutis noſtre ſacramenta fe
cerunt:diligentiore ſollicitudine cor
da noſtra mũdanda ⁊ ſtudioſius ex
ercenda eſt diſciplina virtutum ut ſi
cut ipſa myſteria quadam ſui parte
maiora ſunt:ita ⁊ noſtra obſeruãtia
ſuperet in aliquo conſuetudiné ſuã
⁊ cui feſtiuitas eſt celebranda ſubli
mior:ipſe quoqꝫ reperiatur ornatior
ſi enim rõnabile ⁊ quodãmodo reli
gioſum videtur per diem feſtum in
ueſtitu nitidiore prodire et habitu
corporis hilaritatem mentis oſten
dere:ſi ipſam quoqꝫ oratõis domũ
propenſiore tunc cura ⁊ ãpliore cul
tu quantum poſſumus:adornamus
nonne dignum eſt ut anima xpiana
que uerum uiuũqꝫ dei templum eſt
ſpeciem ſuam prudenter exornet ⁊ re
demptionis ſuae celebratura ſacra

mentũ omni circũſpectiõe ꝑcaueat:
ne ulla eam macula iniquitatis ob
fuſcet: aut duplicis co:dis ruga de
decoꝛetur. nam quid pꝛodeſt hone
ſtatis foꝛmam pꝛeferens cultus ex
terioꝛ: ſi interioꝛa hoĩs aliquoꝝ ſoꝛ
deant: cõtaminatione uitioꝝ. Oĩa
igitur que animi puritatem ⁊ ſpecu
lum mentis obnubilant: abſtergen
da ſedulo ⁊ quadam elimatione tra
denda ſunt. Scrutetur quiſq; cõſci
entiã ſuã: ſeq; ante ſe ſtatuat pꝛopꝛij
cenſura iudicij: uideat ſi ĩ ſecreto coꝛ
dis ſui illam quam xp̃s dat inuenit
pacem: ſi deſideriũ ſp̃us nulla cõcu
piſcentia carnis ĩpugnat ſi humilia
non ſpernit: ſi alta non appetit. ſi ini
quo non delectatur lucro: ſi imode
rato rerũ ſuarũ nõ gaudet augmen
to: ſi deniq; aliena felicitate non vri
tur aut inimici miſeria non letatur.
Et cum harũ perturbationũ nihil ĩ
in ſe foꝛte reppererit: ſincero diſcuti
at examine qualium cogitationum
ſpecie frequentetur. ⁊ utrũ nullis ua
nitatũ imaginibuſ acquieſcat: uł q̃z
cito animũ ab his que noxie blãdi
untur abducat. Nam nullis illece
bꝛis cõmoueri: nullis cupiditatibuſ
titillari: nunc eſt iſtius uite que tota
tentatio eſt: ⁊ qua nimirũ vincitur:
qui vinci ab eodem nõ veret̃. Sup
bum eſt enim de non peccandi facili
tate ꝑſumere. cũ hoc ipſum ꝑſumpſi
ſſe peccatũ ſit: dicẽte btõ Joãne apo
ſtolo: Si dixerimus quoniã pecca
tum non habemus noſipſos seduci
mus: ⁊ veritas in nobis non eſt: ne
mo igit̃ dilectiſſimi ſe fallat: nemo
ſe decipiat. Neque enim quiſq̃z de
coꝛdis ſui puritate confidat ut putet
ſe nullis tentationũ periculis ſubia
cere cuz puigil ille tentatoꝛ eos acri
oꝛibus pulſet inſidiis quos maxĩe

videt abſtinere a peccatis: nã a quo
dolos ſuos contineat qui ipſũ quo
q; dominũ maieſtatis auſus ẽ calli
ditatis ſue fraude tentare. Viderat
ſuperbiam ſuam baptizari domini
ieſu humilitate calcataz: intellexerat
quadraginta dierum ieiunio omnẽ
cupiditatem carnis excluſaz: ⁊ tamẽ
nõ deſperauit de artibꝰ ſue malicie
ſpiritalis impꝛobitas: tantumq; ſibi
de nature noſtre mutabilitate ꝑmiſit
ut quam experiebatur hominem
preſumeret poſſe fieri peccatorem
Si ergo ab ipſo domino ⁊ Salua
toꝛe noſtꝛo d̃ceptionũ ſuaꝝ diabolꝰ
nõ reuocauit inſidias: quãto magis
fragilitatem noſtram impugnare ꝑ
ſumet quoſ exinde uehementioꝛe odio
⁊ inuidia ſeuioꝛe perſequitur: ex quo
ei in baptiſmo renuntiauimus. ⁊ ab
illa cui dominabatur oꝛigine ĩ nouã
creaturam diuinã regnatione trãſiui
mus. Unde quia duz moꝛtali carne
circũdamur: nõ deſinit nobiſ ãtiquꝰ
hoſtis laqueos peccati ubiq; pre
tendere: ⁊ tũc maxime aduerſꝰ chꝛiſti
mẽbꝛa ſeuire: quando ab eis ſunt ce
lebꝛãda ſacratioꝛa myſteria. merito
doctrina ſpiritus hac eruditione im
buit populum Chꝛiſtianũ ut ad paſ
chale feſtum quadraginta dierum
continentia ſe prepararet. Cuiꝰ puri
ficationis ratio iaz nos ad obſuãtiã
ſue ſalubritatis inuitat: ⁊ diligentiã
nobis propoſite caſtigatõis indicit.
Quanto enim ſanctius quiſq; hos
dies inuenietur egiſſe: tanto ꝓbabit̃
paſcha domini honoꝛaſſe religioſiꝰ
In diebuſ igitur sanctoꝝ ieiunioꝝ
pietatis opera quibꝰ ſemꝑ ſtudendũ
eſt: abundantius exequamur: miſeri
coꝛdes ſimus ad omnes: maxĩe autẽ
ad domeſticos fidei: ut ĩ ipſis quoq;
elemoſinarũ diſtributõibꝰ bonitatẽ

patris celeſtiſ imitemur qui ſolē ſuū
oriri facit ſup bonos ꝛ malos ꝛ plu
it ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. Quāuis er
go fideliū ꝑcipue adiuuāda ſit pau
pertas: etiam illi tamen qui nondū
euangeliū ceperūt: in ſuo labore mi
ſerandi ſūt. Quia in hominibus na
ture eſt diligenda cōmunio: que noſ
etiam iis benignos debet efficere: q
nobis: quacunqꝫ conditione ſubie
am dei auidius expectemus. Sed
quicquid illud eſt quod in diuerſis
gratie operibus ⁊ donis reparatiõi
confertur animarum: totum id no
bis nunc euidentius ⁊ copioſius p̄
ſentatur: quando non particulariũ
quedam agenda: ſed ſimul ſunt om
nia celebranda. Appropinquãte au
tem feſtiuitate paſchali adem maxi
mum ſacratiſſimumqꝫ ieiuniũ qđ
obſeruantiam ſuam uniuerſis fideli
bus ſine exceptione denũciat: quia
nemo tam ſanctus eſt ut non ſancti
or: nemo tam deuotus ut non debe
at eſſe deuotior. Quis enim in hui⁹
uite conſtitutus incerto aut immu
nis a tentatione aut liber inueniat
a culpa. Quis eſt qui nihil uirtutis
ſibi adijci. aut qui nihil vitij ſibi op
tet auferri: cum ⁊ diuerſa noceant ⁊
ſecunda corrumpant nec minoris ſit
periculi carere deſideratis: qꝫ abun
dare conceſſis. Inſidie ſunt in diui
tiarum amplitudine. Inſidie in pau
pertatis anguſtijs: ille eleuãt ad ſu
perbiam: incitant ad querelam: ten
tat ſanitas: tentat infirmitas: dum ⁊
illa materia eſt negligẽtie: ⁊ hec cau
ſa triſticie: laqueus eſt in ſecuritate:
laqueus eſt in timore: nec intereſt utꝝ
animus qui terreno tenetur affectu
gaudijs occupetur: an curis: cũ par
morbus ſit uel ſub vana delectatio
ne languere: uel ſub anxia ſollicitu
dine laborare. Impletur itaqꝫ p om
nia ſententia veritatis qua dicimus
anguſtam eſſe ⁊ arduam viam que
ducit ad vitam: ⁊ cum latitudo itine
ris ad mortem trahentis multis fre
quentetur agminibus: in ſalutis ſe
mitis paucorum intrantium ſunt ra
ra veſtigia. Unde autẽ populoſior
eſt via leua qꝫ dextera: niſi quia ad

mundana gaudia ⁊ corporalia bōa
multitudo procliuis eſt. Et quāuis
caducum incertumqꝫ ſit quod cupi
tur: libentius tamen ſuſcipitur labor
pro deſiderio voluptatis q̃ꝫ a more
virtutis: Ita cum innumeri ſint qui
viſibilia concupiſcant: vix inueniun
tur qui temporalibus eterna prepo
nant: Et ideo dicente beato Paulo
apoſtolo: Que videntur temporalia
ſunt: que autem non vidētur eterna
ſūt: latet quodāmodo ⁊ in abſcōdit
eſt virtutum via: quoniam ſpe ſalui
facti ſumus: ⁊ fides vera id ſup om
nia diligit: quod nullo ſenſu carnis
attingit. Magni eſt ergo operis et
laboris mobilitatem cordis ab om
nibus continere peccatis: ⁊ cum vn
diqꝫ innumere voluptatuꝫ illecebre
blandiantur ad nulla cōtagia vigo
rem animi relaxare. Quis picem
tangit ⁊ non inquinatur ab eā: quiſ
non infirmatur in carne: quis non
ſordeſcit in puluere: quis poſtremo
eſt tante puritatis ut ijs non pollua
tur ſine quibus vita nō ducitur. Iu
bet enim per apoſtoluꝫ doctrina di
uina: ut qui habent vxores tanquā
non habentes ſint: ⁊ qui flent tanq̃ꝫ
non flentes: ⁊ qui gaudent tanquā
non gaudentes: ⁊ qui emunt tanq̃ꝫ
non poſſidentes: ⁊ qui vtuntur hoc
modo tanquam non vtantur prete
rit enim figura huius mundi. Be
ata enim mens que peregrinatiōis
tempora caſta ſobrietate tranſcurrit:
⁊ in his per que neceſſe eſt eum am
bulare: non remanet: ut hoſpita ma
gis q̃ꝫ domina terrenoꝝ: nec affecti
bus deſit humanis: nec promiſſioni
bus non ſit innexa diuinis. Hanc
autem fortitudinem dilectiſſimi nul
li magis q̃ꝫ preſentes ⁊ exigunt ⁊ cō
ferunt dies: quibus dum obſeruan
tia ſpiritalis impenditur: cōſuetudo
in qua perſeueretur: acquiritur. No
tum enim vobis eſt hoc eſſe tempuſ
quo per totum mundum cum ſeuiē
te diabolo acieſ debet chriſtiana cō
fligere ⁊ ſi quos aut deſidia tepidoſ
aut ſollicitudo habuit occupatos:
oportet armis ſpiritalibus inſtrui ⁊
celeſti tuba ad ineundum certamen
accendi: quoniam ille cuius inuidia
mors introiuit in orbem terrarum:
modo precipuo liuore vritur: modo
maximo dolore cruciatur. Videt. n.
de omnium hominum genere i ad
optionem filiorum dei nouoſ popu
los introduci: ⁊ per virginem eccle
ſie fecunditatem partuſ regenerario
nis augeri. Videt ſe damnatōis ſue
iure priuatum a cordibus eorum:
quos poſſidebat: expelli: eripi: ſibi i
vtroqꝫ ſexu milia ſenum: milia iuue
num: milia paruulorum: nec obeſſe
cuiq̃ꝫ uel propriuꝫ uel originale pec
catum: ubi iuſtificatio non meritis
retribuitur: ſed ſola gratie largitate
donatur. Lapſos quoqꝫ ⁊ inſidiaꝝ
ſuarum fraude deceptos penitentie
lachrymis ablui: ⁊ portas miſeri cor
die apoſtolica claue reſerante ad re
media reconciliationis admitti. Sē
tit igitur diem dominice paſſionis i
ſtare: ⁊ ſe illius crucis poteſtate con
teri: que in chriſto ab omni debito
moris alieno redemptio fuit mūdi:
non pena peccati ut itaqꝫ maligni
tas frementis inimici nullos habe
at ſui liuoris effectus: ad exequēda
domini mandata diligentior eſt aſ
ſumenda deuotio: ut tempus i quo
omnia diuine miſericordie ſacramē
ta concurrunt: cum preparatione ⁊
animorum ſuſcipiamus ⁊ corporuꝫ
Implorantes regimē ⁊ miſericordi
am ⁊ adiutoriū dei ut ſine quo nihil

poſſumus facere per ipſum omnia
valeamus implere. ideo enim datur
preceptum ut precipientis queratur
auxilium: nec ſe quiſꝗ̄ per occaſio
nem infirmitatis excuſet: quia qui ꝓ
ſtitit uelle: donat ⁊ poſſe: dicente bea
to apoſtolo Jacobo: Si quis ueſtꝝ
indiget ſapientia: poſtulet a deo qui
dat omnibus affluenter ⁊ non im
properat: ⁊ dabitur ei. Quis fideliũ
neſciat: quibus uirtutibus ſtudere
quibus uitijs debeat impugnare.
Quis conſcientie ſue aut tã gratio
ſus aut tam imperitus eſt arbiter q
ignoret: quid a ſe auferri: aut quid
in ſe oportet augeri. Nemo quippe ſta
rationis eſt alienus: qui aut conuer
ſationis ſue non intelligat qualitatẽ
aut cordis ſui ſecreta non nouerit.
Non ergo per omnia ſibi placeat:
nec ſe ſecundum carnis oblectamẽ
ta diiudicet: ſed omnem conſuetudi
nẽ ſuã in diuinoꝝ preceptoꝝ lãce ꝯſti
tuat: ubi cũ alia interdicant: ne fiat
alia iubeãt ut fiãt iuſto ſe trutinabit
examinãne: q uite ſue mores ex vtri
uſque ponderis comparatione pen
ſauerit. Artifex enim miſericordia
dei ſplendidiſſimum in mandatis
ſuis condidit ſpeculum: in quo ho
mo ſue mentis faciem inſpiceret: et
ꝗ̄ conformis imagini: aut ꝗ̄ diſſi
milis eſſet agnoſceret: precipue ut
reiectis paululum carnalibus curis
⁊ occupationibus inquietis in die
bus redemptionis ⁊ reparatiõis no
ſtre a terrenis nos ad celeſtia confe
ramus: quia vero ſicut ſcriptum
eſt: in multis offendimus omnes:
miſericordie primus concipiatur af
fectus: ⁊ aliorum in nos delictoꝝ
fiat obliuio: ut illud piiſſimũ pactũ:
cui nos in dominica oratione deuĩ
ximus: nullo vindicte amore uiole
mus. ⁊ dicentes: Dimitte nobis de
bita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus
debitoribus noſtris: non ſimus in
remiſſione difficiles: quia ad nos re
currit ſiue cupiditas vltionis: ſiue ĩ
dulgentia lenitatis: magis optãdũ
eſt homini tentationum periculis
ſemper expoſito ut ſuas culpas ha
beat impunitas: ꝗ̄ ut plectat aliẽas
Quid autem conuenientius fidei
chriſtiane: ꝗ̄ ut non ſolum in eccle
ſia: ſed etiam in omnium domibus
fiat remiſſio peccatoꝝ. Deponãtur
mine: vincula relaxentur: quibus ſe
multo pernicioſius qui ea non ſol
uerit: religabit. Quod enim quiſqꝫ
in alterum ſtatuit hoc in ſemetipſo
ſua lege decreuit: Beati miſericor
des: quoniam ipſoꝝ miſerebitur de
us: qui in iudicijs ſuis ⁊ iuſtus ẽ et
benignus. Ad hoc quoſdã ſub ali
orum eſſe poteſtate permittens: ut
ſub equa moderatiõe ſeruetur ⁊ vti
litas diſcipline: ⁊ mãſuetudo clemẽ
tie: ⁊ nemo audeat alterius delictuſ
veniam denegare: quã pro ſuis op
tat accipere: dicente domino: Beati
pacifici: quoniam filij dei uocabun
tur. Deponantur omnium diſcordi
arum odiorumque certamina: nec
putet ſe quiſquam in paſchali feſto
habiturum eſſe conſortium: qui fra
ternam pacẽ redingrare neglexerit
Apud ſummũ enim patrem qui nõ
fuerit in charitate fratrum: non ha
bebitur in numero filiorum. In di
ſtributione quoque elemoſinarum
⁊ pauperum cura pingueſcant chri
ſtiana ieiunia: ⁊ quod ad ſuis quiſqꝫ
delitijs ſubtrahit: debilibus impen
dat ⁊ egenis: Detur opera ut omneſ
de vno ore benedicãt: ⁊ qui aliquã
dat portionem ſubſtantie ſue: intelli
gat ſe miniſtrum eſſe miſericordie

diuitiæ qui partem pauperis in ma
nu poſuit largientis: ut peccata que
baptiſmi aquis aut penitētie lachry
mis abluūtur: etiam elemoſinis de
leātur: dicēte ſcriptura: Sicut aqua
extinguit ignem ita elemoſina extin
guit peccatum. Per dominum no
ſtrum Jeſum chriſtum: Amen.

## De paſſione domini ſermo eiuſ dem quartus.

Appropinquante dilectiſſimi
ſolennitate paſchali ſic eſt pre
currenda conſuetudo ieiunij ut nos
quadraginta dierum numerus ad
ſanctificationem corporis ⁊ mentis
exerceat. Suſcepturi enim feſtorum
omniū maximum ea nos debem⁹
obſeruantia preparare. ut in cuius
ſumus reſurrectione conreſuſcitati:
in ipſius inueniamur morte cōmor
tui: dicente beato Paulo apoſtolo
Mortui enim eſtis vos: ⁊ vita ue
ſtra abſcondita eſt cū chriſto in deo
Cum enim chriſtus apparuerit ui
ta veſtra: tunc ⁊ uos apparebitis cū
chriſto in gloria. Que uero nobis ē
cum chriſto participatio: niſi ut de
ſinamus eſſe quod fuimus: aut que
ſimilitudo reſurrectionis niſi depo
ſitio uetuſtatis. Unde qui ſacramē
tum ſue reparationis intelligit: car
nis ſe vitijs debet exuere: ⁊ omnes
ſordes peccatorū abijcere ut intra
turus nuptiale conuiuium ſplende
at ueſte uirtutum. Quāuis enim be
nignitas ſponſi cunctos ad commu
nionem regiarum inuitet epularū:
ſtudendum tamen eſt vniuerſis vo
catis: ut ſacrorum ciborum mune
re non inueniantur indigni. Abu
tuntur autem quidam patientia dei
⁊ qui non ſunt in conſcientia liberi:
fiunt de longa impunitate ſecuri: cū
ideo differatur ultio ut tēpus poſ
ſit habere correptio. Miſericordiā
igitur dei noſtri que non vult mor
tem peccatoris: ſed tantum ut cōuer
tatur ⁊ viuat: non ideo quiſquā tar
det amplecti: quia quod meruit nō
recepit: neq; enim quicquid differ
tur: aufertur: aut condemnationem
euaſit: qui indulgentiam non queſi
uit. Cuius enim implorande nō vna
omnibus cauſa eſt: quia multis mo
dis multiſq; menſuris ⁊ peccatum
a peccato: ⁊ crimen diſtat a crimine
Sed quia vniuerſitas fidelium ad
perfectam innocentiam ⁊ ad plenā
debet tendere puritatem: ut eorum
conſortio mereatur aſcribi: de qbus
dicitur: Beati mundo corde quoni
am ipſi deum videbunt: omni inſtā
tia ⁊ uirtute nitendū eſt: ut qcquid
ſecretum conſciētiam maculat: quic
quid aciem mentis obſcurat: diligē
tiſſimis emendationibus deleatur
Quāuis enim ſcriptū ſit: Quis glo
riabitur caſtum ſe habere cor: aut
mundū ſe eſſe a peccato: non tamen
deſperanda eſt apprehenſio purita
tis: que dum ſemper appetitur: nec
ſemper accipitur: nec remanet iudi
cio condemnandum: quod fuerit in
confeſſione purgatum: Hoc illud ē
dilectiſſimi quod orantes omnes fi
lij eccleſie ex doctrina domini vnifor
miter dicunt: Dimitte nobis debita
noſtra ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debi
toribus noſtris: quia nemo tam ſan
ctus tam iuſtus eſt qui in tempore
totius vite que tota tentatio eſt: cu
iuſcunq; peccati remiſſione nō ege
at. Circunſtant vndiq; pericula innu
merabilium delictorum ⁊ per lici
tos uſus ad immoderatos tranſit
exceſſus: dum per curam ſalutis ir

repit delectatio :voluptatis: ⁊ non ſufficit concupiſcentie: quod poteſt ſatis eſſe nature. Hinc habendi amor nunquam ſatiandus exoritur. Hinc cupiditas eminendi que uel ſtirpi ſue innexa:uel ſoboli nunc ꝑlem habet ſuperbiam: nunc parentem. His autem ⁊ alijs tentationibus quarum multiplex:eſt ⁊ infinita connexio que rectius virtus q̃ꝫ continentia opponitur:.que nutriēdis atqꝫ ſeruandis animi ⁊ corporiſ bonis ⁊ incrementa prebet ⁊ roborat. Unde in celeſtibus eccleſie diſciplinis multum vtilitatis afferunt diuinitus inſtituta ieiunia:ut dum cōtinentie legibus carnalis ſubijcitur appetitus : motus quoque interior temperetur:ut ſicut corpus a cibis ita mens ab iniquitate ieiunet. Dominuſ enim dicit:Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſticiam propter me : quoniam ipſi ſaturabuntur. Habet ergo populus dei ſpiritales epulas caſtaſqꝫ delitias quas ſalubriter expetit ⁊ laudabiliter cōcupiſcit : quoniam laudante ⁊ dicente propheta Guſtate ⁊ videte: quoniam ſuauis eſt dominus. Quiſquis dulcedinē iuſticie ⁊ miſericordie dei quibꝰ omnis prouidentia eius diſpēſatur guſtu cordis attigerit.⁊ unquaꝫ minuenda faſtidio experimenta.ſupernorum hauſerit gaudiorum: corruptibilia ⁊ temporalia bona eternorum admiratione deſpiciet:⁊ in illo igne quem dei accendit charitas : concaleſcet:ut algore in feruorem conuerſo:⁊ in lucem nocte mutata:vno opere in animis fidelium ſpiritus ſanctus ⁊ tenebras abigat ⁊ peccata cōſumat. Unde quia tales fructuſ mater uirtutum continentia parit:⁊ ieiunantes a uitijs ad ineffabilia oblectamenta perducit: ſtudioſiori miſericordie opere dilectiſſimi exequamur precepta celeſtia. Et quia totuꝫ paſchale ſacramentum in remiſſionem eſt conditum peccatorū: quod celebrare optamus:imitemur. Miſericors enim ⁊ iuſtus dominus ita promittit indulgentiam ſuam ut eā etiam quibus parcit indicat. Exponens eniꝫ qua regula deo patri nos uoluerit ſupplicare. Si dimiſeritis inquit hominibus peccata eorum : dimittet uobis ⁊ pater veſter qui in celis eſt peccata veſtra: Si auteꝫ nō remiſeritis hominibus : nec pater veſter dimittet vobis peccata ueſtra Iuſta prorſus ⁊ condigna conditio ac benigna qua diuine potentie ſit particeps homo ut ſententiam dei ex ſuo liberet arbitrio:⁊ eo ſibi iudicio obſtringat dominum: quo iudicauerit ipſe conſeruum: ſiue itaque circa ſubiectos : ſiue circa equales nature parilitas diligatur. Et quia nemo non peccat:nemo non parcat non difficulter preſtemꝰ quod gratulanter accepimus: ⁊ ſiue in largitate elemoſinarum ſiue in indulgentia peccatorum quanto magis fuerimus miſericordes:tanto ſimus perfectius innocentes: Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum Amen

Lectio ſancti euangelij ſecundū Joannem.

In illo tempore. Aſſumpſit Jeſus Petrum Jacobum ⁊ Joannem fratrem eius:⁊ duxit eos in montem excelſum ſeorſum. Et reliqua.

## Homelia ſancti Leonis pape de Tranſfiguratione domini.

Euangelica dilectiſſimi le
ctio, que per aures corpo
ris interiorem mentium no
ſtrarum pulſauit auditum: ad ma
gni ſacramenti nos intelligentiam
uocat: quam aſpirante gratia dei fa
cilius aſſequemur: ſi conſideratio
nem noſtram ad ea que paulopoſt
ſunt narrata: referamus. Saluator
enim humani Jeſus chriſtus con
dens eam fidem que ⁊ impios ad
iuſticiam ⁊ mortuos reuocat ad vi
tam: ad hoc diſcipulos ſuos doctri
ne monitis ⁊ operum miraculis
imbuebat: ut idem Chriſtus ⁊ vni
genitus dei ⁊ hominis filius crede
retur. Nam vnum horum ſine alte
ro non proderat ad ſalutem: ⁊ equa
lis erat periculi dominum Jeſum
chriſtum aut deum tantummodo
ſine homine aut ſine deo ſolum ho
minem crediſſe: cum vtrunque
eſſet pariter confitendum: quia ſicut
deo vera humanitas ita homini in
erat uera diuinitas. Ad confirmã
dum ergo huius fidei ſaluberrimã
cognitionem: interrogauerat diſci
pulos ſuos dominus: Inter di
uerſas aliorum opiniones quid ip
ſi de eo crederent: quid ue ſentirent:
ubi Petrus apoſtolus per reuela
tionem ſummi patris corporea ſupe
rans ⁊ humana tranſcendens vidit
mentis oculis filium dei viui ⁊ con
feſſus eſt gloriam deitatis: quia non
ad ſolam reſpexit carnis ſubſtanti
am ⁊ ſanguinis tantumque in hac
fidei ſublimitate complacuit: ut bea
titudinis felicitate donatus ſacraꝫ
inuiolabilis petre acciperet firmita
tem: ſuper quam fundata eccleſia
portis inferi ⁊ mortis legibus preua
leret: nec in ſoluendis ⁊ ligandis
quorumcunque cauſis aliud ratuꝫ
eſſet in celis: quam quod Petri ſediſ
ſet arbitrio. Hac autem dilectiſſi
mi laude intelligentie celſitudo in
ſtruenda erat de inferioris ſubſtan
tie ſacramento: ne apoſtolica fides
ad gloriam confitẽde in chriſto dei
tatis euecta infirmitatis noſtre re
demptionem indignam impaſſibili
deo atque incongruam iudicaret:
⁊ ita iam in chriſto humanam cre
deret glorificatam eſſe naturam: ut
nec ſupplicio poſſet affici: nec mor
te diſſolui. Et ideo dicente domi
no quod oporteret eum ire Hiero
ſolymam: ⁊ multa pati a ſenioribuſ
⁊ ſcribis ac principibus ſacerdotuꝫ
⁊ occidi: tertia die reſurgere. Cum
beatus Petrus qui ſuperno illu
ſtratus lumine de ardentiſſima filij
dei confeſſione feruebat contume
lias illuſionum ⁊ crudeliſſime mor
tis opprobrium religioſo: ut puta
bat: ⁊ libero faſtidio reſpuiſſet be
nigna a Jeſu increpatiõe correptus
⁊ ad cupiditatem participande cum
eo paſſionis animatus eſt: ſubſequẽſ
enim exhortatio Saluatoris hoc in
ſpirauit: hoc docuit: ut uolentes
eum ſequi: negarẽt ſe ſibi ⁊ pro ſpe
eternorum leuiſſimum ducerent tẽ
poralium detrimentum. Quia is
demum animam ſuam ſaluam face
ret: qui eam pro chriſto perdere nõ
timeret: ut ergo iſtam felicis con
ſtantia fortitudinem toto apoſtoli
corde conciperent: ⁊ nihil de ſuſci
piende crucis aſperitate trepidarent
ut de ſupplicio chriſti non erubeſce
rent: nec pudendam ſibi eam pati
entiam crederent: que ſic ſubitura

erat ſeruitiam paſſionis ut non amit
teret gloriam poteſtatis. Aſſum
pſit Jeſus Petrum Jacobum ⁊ fra
trem eius Joannem. Et conſcen
ſo cum eis ſeorſum in montem pre
celſo, claritatem ſue glorie demon
ſtrauit: quia licet intellexiſſent in eo
maieſtatem dei ipſius: tamen cor
poris quo diuinitas tegebatur: po
tentiam neſciebant. ⁊ ideo proprie
ſignanterque promiſerat quoſdam
de aſtantibus diſcipulis non prius
guſtare mortem q̄ȝ uiderent filium
hominis venientem in regno ſuo:
ideſt in regia claritate: quam ſpeci
aliter ad naturam ſuſcēpti hominiſ
pertinentem his tribus uiris uolu
it eſſe conſpicuam. Nam illam ipſi
us deitatis ineffabilem ⁊ inacceſſi
bilem viſionem que in eternam vi
tam mundis corde ſeruatur: nullo
modo mortali adhuc carne circun
dati intueri poterant ⁊ videre. Ape
rit ergo dominus coram electis teſti
bus gloriam ſuam: ⁊ communem
illam cum ceteris corporis formam
tanto ſplendore clarificat: ut cum fa
cies eius ſolis fulgori ſimilis: ⁊ ue
ſtibus candori niuium eſſet equaliſ
In qua tranſfiguratione illud qui
dem principaliter agebatur: ut de
cordibus diſcipulorum crucis ſcan
dalum toleretur: nec conturbaret eo
rum fidem uoluntarie humilitas
paſſionis: quibus reuelata eſſet ab
ſcondita excellētia dignitatis. Sed
non minore prouidentia ſpes eccle
ſie ſancte fundabatur: ut totuȝ chri
ſti corpus agnoſceret: quali eſſet cō
mutatione donandum: ut eius ſi
bi honoris conſortium membra ꝓ
mitterent: qui in capite refulſiſſet: d̄
quo idem dominus dixerat: cum d̄
aduentus ſui maieſtate loq̄ueretur
Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in re
gno patris ſui. Et proteſtante hoc
ipſum beato Paulo apoſtolo ⁊ di
cente: Exiſtimo enim quod non ſūt
condigne paſſiones huius tempo
ris ad futuram gloriam: que reuela
bitur in nobis. Et iterum: Mor
tui enim eſtis: ⁊ vita ueſtra abſcon
dita eſt cum chriſto in deo. Cum enī
chriſtus apparuerit uita ueſtra: tūc
⁊ uos apparebitis cum illo in glo
ria. Confirmandis uero apoſto
lis ⁊ ad omnem ſcientiam prouehē
dis illa quoque in illo miraculo ac
ceſſit inſtructio. Moyſes enim et
Helias lex ſcilicet ⁊ prophete appa
ruerunt cum domino loquentes: ut
ueriſſime in illa quinque uirorum
preſentia compleretur quod dictuȝ
eſt: in duobus uel tribus teſtibus
ſtat omue uerbum. Quid hoc ſta
bilius: firmius uerbo: in cuius pre
dicatione ueteris ⁊ noui teſtamenti
concinit tuba: ⁊ cum euangelica do
ctrina antiquarum proteſtationū ui
inſtrumenta concurrunt. Aſtipu
lantur enim ſibi inuicem vtriuſque
federis pagine: ⁊ quem ſub velami
ne myſteriorum precedentia promi
ſerant ſigna: manifeſtum atque per
ſpicuum preſentis glorie ſplendor
oſtendit. Quia ſicut ait beatus Jo
annes. Lex per Moyſen data eſt:
gratia ⁊ ueritas per Jeſum chriſtuȝ
facta eſt: in quo ⁊ propheticarum
promiſſio impleta eſt figurarum: et
legalium ratio preceptorum dum
⁊ ueram docet Prophetiam per
ſui preſentiam: poſſibilia facit man
data per gratiam. His ergo ſacra
mentoꝝ relationibus Petrus apo
ſtolus incitatus, mūdana ſpernēs

⁊ terrena faſtidiens in eternoꝝ deſi
derium quoddam mentis rapieba
tur exceſſu: ⁊ gaudio totius viſio
nis impletus ibi cum Jeſu optabat
habitare. ubi manifeſta eius gloꝛia
letabatur. Unde ⁊ ait: Domine bo
num eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamꝰ
hic tria tabernacl'a: tibi vnū: Moy
ſi vnum: ⁊ Helie vnū. Sed huic ſug
geſtioni dominus non reſpondit: ſi
gnificans non quidem impꝛobum
ſed inoꝛdinatum eſſe quod cuperet:
cum ſaluari mūdus niſi chꝛiſti moꝛ
te non poſſet: ⁊ exemplo domini in
hoc laudaretur credentium fides ut
licet nō opoꝛteret de beatitudinis ꝓ
miſſionibus dubitari: itelligermus
tamen inter tentatoꝛes huius uite
pꝛius nobis tolerantiā postulādā
eē: q̄ꝫ gloꝛiaꝫ quia tempoꝛa patiēdi
non poteſt felicitas pꝛeuenire regnā
di. Adhuc itaqꝫ eo loquente Ecce
nubes lucida obūbꝛauit eos: ⁊ ecce
uox de nube dicens. Hic eſt filiꝰ meꝰ
dilectus: ī quo mihi bene cōplacui:
ipſū audite: pꝛeſens quideꝫ erat in
filio pater: ⁊ in illa domini claritate
quam ad diſcipuloꝝ temperarat aſ
pectum: nō ſeparabit' ab unigenito
genitoꝛis eſſentia: ſed ad cōmendan
dam pꝛopꝛietatem utriuſqꝫ pſone ſi
cut uiſui ſignificauit filiū ſplēdoꝛ ex
coꝛpe: ſic audiuit patrem uox nūcia
uit ex nube. Qua voce accepta diſci
puli ꝙ in faciem ceciderunt: ⁊ timu
erunt ualde: non de patris tantum:
ſed ⁊ de filij maieſtate tremuerunt.
Altioꝛe enim ſenſu unam utriuſque
intellexerunt deitatem. Et quia in
fide non erat heſitatio: non fuit in ti
moꝛe diſcretio. Latum ergo illud et
multiplex teſtimonium fuit: ⁊ plus
in uerboꝝ uirtute q̄ꝫ in ſono uocis
auditum eſt: dicente eniꝫ patre: Hic
eſt filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui: ipſum audite. Nō
ne euidenter auditum eſt: hic eſt fili
us meus dilectus quem a me non
ſeparat deitas: non diuidit poteſtas
non diſcernit eternitas. Hic eſt filiꝰ
meus non adoptiuus: ſed pꝛopꝛius:
non aliunde creatus: ſed ex me ge
nitus. non de alia natura mihi fac
tus comparabilis: ſed de mea eſſen
tia mihi factus equalis. hic eſt filius
meus per quem omnia facta ſunt: ⁊
ſine quo factum eſt nihil. Qui om
nia que facio: ſimiliter facit: ⁊ quic
quid operoꝛ inſeparabiliter mecuꝫ
atque indifferenter operatur.
In patre enim eſt filius: ⁊ in filio pa
ter: nec vnquā unitas noſtra diuidi
tur. Et cum alijs ego ſim: qui genui
alius ille quem genui: nec aliud ta
men de illo nobis fas eſt cogitare:
q̄ꝫ de me ſentire poſſibile eſt. Hic ē
filius meus: qui eam quam mecum
habet equalitatem: non rapina ap
petijt: nec vſurpatione pꝛeſumpſit:
ſed manens in foꝛma gloꝛie mee ut
ad reparandum genus humanum
exequeretur commune conſilium:
vſqꝫ ad foꝛmam ſeruileꝫ inclinauit
incōmutabilem deitatem. Hunc er
go in quo mihi per omnia bene cō
placeo: ⁊ cuius pꝛedicatione mani
feſtoꝛ: cuius humilitate clarificoꝛ: in
contanter audite: quem legis my
ſteria pꝛenunciauerunt: quem pꝛo
phetarum oꝛa cecinerunt: ipſum au
dite qui ſanguine ſuo mundum re
demit: qui diabolum ligat: et uaſa
eius rapit: qui peccati Chirogra
phum ⁊ pꝛeuaricationis pacta di
rupit: ipſum audite: qui viam ape
rit ad celum: ⁊ per crucis ſuppliciuꝫ
gradus vobis aſcenſiōis parat ad
regnum. Quid trepidatis redimi:

quid pauetis ſancti liberari: fiat qđ
me uolente chriſtus vult. Abijcite
carnalem formidinē: ⁊ fideli uos ar
mate ↄſtantia. Indignū eſt enim ut
i ſaluatoris paſſiōe timeatis qđ ipiꝰ
munere nec in ueſtro fine metuetis.
Hec dilectiſſimi non ad illorum tā
tum utilitatem dicta ſunt: qui eis ꝓ
priȷ̄s auribus audierunt. Sed in il
lis tribus apoſtolis uniuerſa didi
cit eccleſia: quicquid eorū ⁊ aſpectis
vidit: ⁊ auditus accepit. Confirmet
ergo ſecundum predicationē ſacra
tiſſimi euangelij omniū fides ⁊ ne
mo de chriſti cruce per quam mun
dus redemptus eſt: erubeſcat. Nec
ideo quiſq̄ꝫ aut de promiſſorum re
tributione diffidat: quia per laborē
ad requiem: ⁊ per mortem tranſitur
ad uitam: cum omnem humilitatis
noſtre infirmitatem ille ſuſceperit: i
quo ſi in confeſſione ⁊ in dilectione
ipſius permaneamus: ⁊ quod vicit
vincimus ⁊ quod promiſit accipimꝰ
quia ſiue ad facienda mandata ſiue
ad toleranda aduerſa: premiſſa pa
tris vox ſemper debet auribus no
ſtris inſonare dicentis: Hic eſt filiuſ
meus dilectuſ in quo mihi bene cō
placui: ipſum audite. Qui viuit ⁊ re
gnat in ſecula benedictus.

In paraſceuen domini eiuſdem
de Paſſione ſermo primus.

Acratiſſimum dilectiſſimi do
minice paſſionis diem quam
dominus Ieſus dei filius pro hu
mani generis ſalute ſuſcepit. ⁊ ſicut
promiſit omnia ad ſe exaltatuſ attra
xit: tam plane ac lucide euangelicus
ſermo reſerauit: ⁊ religioſis ⁊ piȷ̄s
cordibus non aliud ſit audiſſe que
lecta ſunt: q̄ꝫ vidiſſe que geſta. Vnđ
cum indubitabilem obtineat aucto
ritatem ſacra narratio admittendū
eſt nobis auxiliante domino ut per
ſpicuam habeat intelligētia: quod
notū fecit hiſtoria: Poſt illā nāqꝫ
humane preuaricationis primam ⁊
vniuerſalem ruinam ex qua ꝑ vnū
hominem introiuit peccatū in hūc
mundum: ⁊ per peccatū mors: ⁊ ita
in omnes homines pertranſijt: in
quo omnes peccauerunt. Nemo
minationem diaboli: nemo vincula
dire captiuitatiſ euaderet nec cuiq̄ꝫ
aut reconciliatio ad veniam: aut re
ditus pateret ad vitam niſi coeternꝰ
⁊ coequalis patri deo filiuſ dei ⁊ ho
minis eſſe dignaretur: veniens que
rere ⁊ ſaluare quod perierat: ut ſicut
per Adam mors: ita per dominum
noſtrum Ieſum chriſtum eſſet reſur
rectio mortuorum. Non enim quia
ſecundum inſcrutabile propoſitum
ſapientie dei nouiſſimis diebus ver
bum caro factum eſt: Ideo ſalutife
re virginis partus extremi tantum
temporis generationibus profuit:
⁊ non ſe etiam in preteritas refudit
etates: omnis prorſus antiquitaſ co
lentium deum verum omnis nume
rus apud ſecula priorum ſanctorū
ſacra fide vixit: ⁊ placuit: ⁊ neque pa
triarchis neque prophetis neque
cuiq̄ꝫ omnino ſanctorum niſi in re
demptione domini noſtri Ieſu chri
ſti ſalus ⁊ iuſtificatio fuit: que ſicut
expectabatur multis Prophetarū
oraculis ſigniſque promiſſa: ita eſt
etiam ipſo munere atque opere pro
ſecuta. Vnde nunc dilectiſſimi in or
dine paſſionis non ita infirmitatē
conſideremus humanā: ut arbitre
mur illic potentiam defuiſſe diuinā
neq̄ꝫ illam ita coeternam ⁊ equalē
patri formam vnigeniti cogitemus

ut putemus non fuiſſe vera que deo
videntur indigna. Proꝛſus vtraqꝫ
natura vnus chꝛiſtus nec uerbū ibi
ab homine diſiunctum nec homo ē
diſſociatus a verbo. Non eſt faſti
dita humilitas: quia nec imminuta
maieſtas: nihil nocuit nature inuio
labili quod paſſibili opoꝛtebat īfer
ri: totumqꝫ ⁊ illud ſacramentuꝫ qđ
ſimul ⁊ humanitas conſūmauit et
deitas: diſpenſatio fuit miſericoꝛdie
⁊ actio pietatis. Talibus eniꝫ vincu
lis tenebꝛarum aſtricti: ut niſi ꝑ hāc
opem non poſſemus abſolui. Hu
militas igitur diuinitatis noſtra ꝓ
uectio eſt. Non tanto redimimur p̄
cioꝛ nos tanto curamur impendio.
Quis enim ab impietate ad iuſtici
am: a miſeria ad beatitudinem eſſet
recurſus: niſi ⁊ iuſtus ad impios et
beatus inclinaret ad impios, ⁊ bea
tus inclinaretur ad miſeros. Non
eſt dilectiſſimi erubeſcenda crux xp̄i
que de uirtute eſt diuini conſilii nō
de conditiōe peccati. Quamuis eni
ex infirmitate noſtra uere paſſus do
minus Jeſus uereque ſit moꝛtuus
non tamen ſe abſtinuit a gloꝛia ſua
ut inter contumelias paſſiōis nihil
diuine operationis exerceret. nam
cum impiis Judas non iam ouina
pelle uelatus ſed lupino furoꝛe ma
nifeſtus vim ſceleris per ſpeciem pa
cis incipiens ſignum traditionis ſe
uioꝛe omnibus telis oſculo pꝛebuiſ
ſet: ⁊ multitudo furibunda que ad
compꝛhendendum dominum cū ar
mata militum coboꝛte confluxerat
inter faces ⁊ laternas lumen veruꝫ
tenebꝛis obcecata ſuis non cerneret
dominus qui expectare potius tur
bas q̄ꝫ declinare delegerat: ſicut Jo
annes euangeliſta teſtatur quē que
ant: necdum inuentus interrogat:
illiſqꝫ dicentibus ꝙ Jeſuꝫ quereret
Ego ſum inquit. Quod verbum il
lam manum ita ex ferociſſimis con
gregatam quaſi quodam fulmineo
ictu ſtatuit: atqꝫ perculit ut omnes
illi atroces minaces atqꝫ terribiles
retroacti coꝛruerunt. Ubi fuit ſeuitie
conſpiratio: ubi ardoꝛ irarum: ubi ī
ſtructus armoꝝ: dominus dicit ego
ſum. ⁊ ad vocem eius turba ꝓſter
nitur impioꝛum. Quid iam poterit
maieſtas eius iudicatura: cuius hoc
potuit humilitas iudicanda. Uerū
tamen dominus ſciens quid magis
myſterio ſuſcepto conueniret in hac
poteſtate non pꝛeſtitit: ſed perſecuto
res ſuos in facultatem diſpoſiti ſce
ris redire permiſit. nam ſi teneri nol
let: non vtiqꝫ teneretur. Sed quis
hominum poſſet ſaluari ſi ille nō ſe
fineret compꝛehendi: Nam ⁊ beat⁹
Petrus qui animoſioꝛe conſtantia
domino coherebat ⁊ contra violen
toꝛum impetus feruoꝛe ſancte chari
tatis exarſeſcat: in ſeruum pꝛincipis
ſacerdotum uſus eſt gladio. ⁊ aurē
viri ferocius: inſtantis abſcidit. Sed
hunc zelantis apoſtoli pium motū
pꝛogredi dominus ultra non patit:
recondi gladium iubet: nec ſinit ſe
aduerſus impios manu ferroque
defendi: Contra ſacramentum eniꝫ
erat redemptionis noſtre: ut q mo
ri pꝛo omnibus voluerat: capi nollꝫ
Nam dilato glorioſe crucis trium
pho: ⁊ dominatio diabolica fieret
longioꝛ: ⁊ captiuitas humana diu
turnioꝛ. Dat ergo in ſe furentibus li
centiam ſeuiendi: nec tamen etiam ſe
ſe talibus dedignatur indicare di
uinitas: aurem ſerui iam ipſa ſectiōe
demoꝛtuam ⁊ a compage viuentis
coꝛpoꝛis alienā: in ſedē dehoneſtati
capitis reuocat man⁹ xp̄i: refoꝛmat

q̄ ipſe formauerat: nec tarde caro ſequitur eius imperium cuius erat ipſa figmentum. habēt ergo hec diuinam opera uirtutem. Sed qđ dominus maieſtatis ſue potentiam cōprimit ⁊ vim in ſe perſecutoriſ admittit: ex illa eſt voluntate qua dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis: cooperante in hoc ipō patre qui filio proprio non pepercit: ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Una ē enim patris ⁊ filij uoluntas: ut eſt vna diuinitas de cuius diſpoſitiōis effectu nihil uobiſ gratie iudei: nihil tibi Juda debemus. Saluatiōi quidem noſtre non hoc vobis uolentibus impietas ueſtra ſeruiuit: ⁊ per nos factum eſt quicquid manuſ dei ⁊ conſilium decreuerunt fieri. mors igitur chriſti nos liberat: uos accuſat. Morito ſoli non habetis quod omnibus perire uoluiſtis: ⁊ tamen tanta eſt bonitas noſtri redemptoris ut etiam poſſ tis conſequi ueniā ſi chriſtum dei: filium confitendo illam parricidalem malitiam reliquatis. Non enim dominus i cruce fruſtra orauit dicens: Pater dimitte illis: quia neſciunt quid faciūt. quod remedium nec te Juda tranſiret: ſi ad eam penitentiam confugiſſes: q̄ te reuocat ad chriſtum non que inſtigaret ad laqueum. Dicendo eniȝ tradens ſanguinem iuſtum in impietatis tue perfidia perſtitiſti: quia ieſum non deum dei filium ſed noſtre conditionis hominem inter extremum mortis tue periculum credidiſti. Cuius flexiſſes miſericordiam: ſi eius non negaſſes omnipotentiā. Hec hodie dilectiſſimi pijs auribꝰ inſinuata ſufficiant: nec faſtidium d̄ prolixitate ſurrepat: que autem deſunt plenitudini: quarta feria auxiliante domino reddēda promittimꝰ quoniam qui dedit quod locuti ſumus: dabit ſicut credimus: quod loquetur: Per chriſtum dominuȝ noſtrum Amen.

De paſſione domini eiuſdem ſermo ſecundus.

Exigit fides dilectiſſimi ut partem ſermonis quam de domini paſſione promiſimus: eodem auxiliante reddamus: in quo nos orationibus ueſtris non ambigimus adiuuari. Ad commune pertinet. n. lucrum ſi potueritis me habere deuotum: quia veſtre impenditur edificationi quicquid noſtre tribuitur facultati: Poſt illud ergo impium Jude deteſtandumqȝ commertium quo ab eo iudeis perſequentibꝰ mūdi redemptor eſt traditus: Poſt illas ſacrilegas illuſiones inter quaſ vſqȝ ad locum pene eius manſuetudo producta eſt: crucifixi ſunt cū eo ſtatutis vtrinqȝ patibulis latrones duo: quorum vnus vſqȝ ad id temporis par ſimiliſqȝ conſorti inſidiator viarum ⁊ ſaluti hominum ſemper infeſtus uſque ad crucem reus fit Chriſti repente confeſſor: ⁊ inter illos accerrimos corporis animiqȝ cruciatus quos ſimul ⁊ inſtantia et difficultas mortis augebat: mira conuerſione mutatus: Memento inquit mei domine dum veneris in regnum tuum. Que iſtam fidem exhortatio perſuaſit: que doctrina incubuit: quis predicator accendit: Non uiderat prius acta miracula: ceſſauerat tunc languentium curatio: cecorum illuminatio: viſitatio mortuorum: ea ipſa que mox erant gerenda: non aderant: et tamen

dominum confitetur ⁊ régem: quē
uidet ſupplicij ſui eſſe conſortem.
Unde ergo oriebatur hoc donum:
inde accepit fides ipſa reſponſum.
Ait enim ei Jeſus: Amen amen di
co tibi: Hodie mecum eris in para
diſo. Excedit humanam conditiōꝫ
iſta promiſſio: nec tam de ligno cru
cis q̄ꝫ de throno editur poteſtatis.
Ab illa altitudine premium fidei da
tur: in qua cyrographum humane
tranſgreſſionis aboletur: quia ſe a
forma ſerui dei forma non dirimit:
dum etiam inter ipſa ſupplicia pro
prietatē unitatemqꝫ ſeruauit. ⁊ dei
tas inuiolabilis ⁊ natura paſſibilis
Adijcitur ad confirmationem ſpei
noſtre totiꝰ atteſtatio nature. Emit
tente ſpiritum chriſto omnia elemen
ta tremuerunt: denſis tenebris ſplē
dor ſolis obductus extraordinarie
nocti ſubibit diem: ſtabilitatem ſuā
terra profundis concuſſionibus la
befacta non tenuit: ⁊ petrarum fir
mitas confracta ſoliditate diſſoluit
uelum templi quo priorū myſteria
ulterius non erant obumbranda:
diſcuſſum eſt multorum corporibꝰ
excitatis ad premuniendam reſur
rectionis fidem monumenta patue
runt. Jn uos ergo iudei celum ⁊ ter
ra ſententiam tulit: uobis ſol uirtu
tem ſuam diemque ſubtraxit uobis
famulatum ſuum elementorum or
dines denegauerunt: ⁊ recedente a
legibus ſuis: miniſterio creature ue
ſtra obcecatio ueſtra eſt ſignificata
confuſio. uobis enī dicentibus: ſan
guis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios
noſtros: merito hoc tributum eſt ut
quod ueſtri generis impia perdidit
portio: aſſequatur hoc fidelium gē
tium plenitudo. Nos ergo dilectiſ
ſimi quibus dominus noſter Jeſus
chriſtus crucifixus non ſcandalum
neqꝫ ſtulticia ſed dei uirtus eſt: dei
qꝫ ſapientia nos inquam ſpiritale
ſemen Abrae non in prole ſeruitutiſ
geniti ſed in familia libertatis rena
ti pro quibus in manu forti ⁊ bra
chio excelſo de oppreſſione egyptie
dominationis eductus verus ⁊ im
maculatus agnus immolatus eſt
chriſtus. Amplectamur ſalutariſ pa
ſche mirabile ſacramentum: ⁊ ad eiꝰ
imaginē qui deformitati noſtre con
formis factus eſt: reformemur. Eri
gamur ad eum qui puluerem abiec
tionis noſtre corpus fecit glorie ſue
⁊ ut reſurrectionis eius mereamur
eſſe conſortes: humilitati ⁊ patientie
ipſius per omnia congruamus ma
gni nominis militiam magne pfeſ
ſionis ſuſcepimus diſciplinam. Se
ctatores chriſti diſcedere a regia nō
licet uia. ſed dignum eſt temporali
bus non occupari: ad eterna tēden
tes. Et quia pcioſo ſanguine chriſti
redēpti ſumus: glorificemus ⁊ por
temus deum in corpore noſtro: ut
ad ea que fidelibus preparata ſunt:
peruenire mereamur. Per chriſtū
dominum noſtrum Amen.

De paſſione domini eiuſdem
Sermo tertius.

Nter oia dilectiſſimi ope
ra miſericordie dei que ab
initio ſalutis ſunt impenſa
mortalium: nihil eſt mirabilius: ni
hilqꝫ ſublimius: q̄ꝫ quod pro mun
do crucifixus eſt chriſtus. Huic enī
ſacramento vniuerſa precedentia ſe
culorum myſteria ſeruierunt: ⁊ quic
quid hoſtiarum differentijs ⁊ pphe
ticis ſignis ⁊ legalibus inſtitutis ſa
cra diſpenſatione variatum eſt hoc

hoc ꝓnūciauit diſpoſituꝫ: hoc ꝓmi
ſit implendum: ut nunc imaginibuſ
figuriſqꝫ ceſſantibus hoc proſit cre
dere iaꝫ effectū quod antea ꝓfuit cre
didiſſe faciendū. In oībus igitur di
lectiſſimi que ad domini noſtri ieſu
chriſti pertinent paſſionem: hoc ca
tholica fides tradit: hoc exigit ut in
redemptorē noſtꝝ duas nouerimꝰ
cōueniſſe naturas: ⁊ manentibus ꝓ
prietatibus ſuis: tantā vnitatē utri
uſqꝫ ſubſtantie ut ab illo tp̄e quo ſi
cut humani generiſ cauſa poſcebat
in beate virginis vtero verbuꝫ caro
factū eſt: nec deum illuꝫ ſine hoc qđ
homo eſt: nec hominē ſine hoc lice
at cogitare quod deus eſt. Exp̄mit
quidem ſub diuerſis ⁊ diſtinctis ac
tionibus veritatem ſuam vtraqꝫ na
tura: ſed neutra ſe ab alterius cōne
xione diſiungit: nihil ibi ab inuiceꝫ
vacat: tota eſt in maieſtate humilitaſ
tota in humilitate maieſtas: nec īfert
vnitas confuſionem: nec dirimit ꝓ
prietas vnitatem Aliud eſt paſſibile
aliud inuiolabile: ⁊ tamen eiuſdem
eſt contumelia cuius ⁊ gloria: Ipſe
eſt in infirmitate qui ⁊ in virtute: idē
mortis capax: ⁊ idem eſt victor mor
tis. Suſcepit ergo totum hominem
deus: ⁊ ita ſe illi atqꝫ illum ſibi mi
ſericordie ⁊ poteſtatis ratione con
ſeruitur vtraqꝫ alteri nature ineſſet
⁊ ne vltra in alteram a ſua ꝓprieta
te tranſiret. Sed quia diſpenſatio ſa
cramenti ad reparationem noſtraꝫ
ante ſecula eterna diſpoſiti nec ſine
humana infirmitate nec ſine diuia
erat conſūmāda virtute: agit vtraqꝫ
forma cum alterius communione:
quod ꝓprium eſt: uerbo ſcilicet ope
rante quod uerbi eſt: ⁊ carne exeq̄n
te quod carnis eſt. Unum hoꝝ co
ruſcat miraculis: aliud ſuccūbit in
iuriis: aliud ab ēqualitate paterne
glorie non recedit: hoc naturam no
ſtri generis non relinquit. Uerum
tamen etiam ipſa receptio paſſionū
non eſt ita noſtre affectioni humili
tatis expoſita: ut a potentia ſit diuini
tatis abiuncta. Quicquid domino
illuſionis ⁊ contumelie: quicquid ve
xationis ⁊ pene intulit furor impio
rum: non de neceſſitate toleratum
eſt: ſed de voluntate ſuſceptum. Ue
nit eniꝫ filius hominiſ querere ⁊ ſal
uare quod perierat. ⁊ ſic ad omniuꝫ
redemptioneꝫ vtebatur malitia per
ſequentium: ut in mortis reſurrectio
niſqꝫ ſacramento etiam interfecto
res ſui poſſent ſalui eſſe ſi crederent
Unde ſceleſtior omnibus Juda ⁊ i
felicior extitiſti: quem non penitētia
reuocauit ad dominum: ſed deſpe
ratio traxit ad laqueum: expeccaſſeſ
conſummationem criminis tui ⁊ do
nec ſanguis chriſti pro omnibus fū
deretur peccatoribus: informis leti
ſuſpendium diſtuliſſes. Cumqꝫ con
ſcientiam tuam tot domini miracu
la tot dona torquerent: illa ſaltem
te a precipitio tuo ſacramenta reuo
caſſent: que i paſchali cena perfidia
tua ſigno diuine ſcientie detectuſ ac
ceperas. Cur de eius bonitate diffi
dis: qui te a corporiſ ⁊ ſanguinis ſui
communione non repulit: qui tibi
ad comprehendendum ſe cū turbis
⁊ armoꝝ cohorte venientī pacis oſcu
lum non negauit: ſed homo incon
uertibilis ſpiritus vadens ⁊ non re
uertens cordis tui ſecutus es rabiē
⁊ ſtāte diabolo a dextris tuis iniq
tatem quaꝫ in ſanctoꝝ omniū arma
ueras caput in tuum verticē retorſi
ſti: ut quia facinus tuū omnē menſu
ram vltionis exceſſerat: te haberet
impietatis tue iudicem: te pateret

ſua ꝑena carnificem. Cū igitur eſſet
deus in chriſto mundū reconcilians
ſibi ⁊ creaturā ad creatorē ſui ima
ginem reformandam conditor ipſe
geſtaret: peractis miraculis operuꝫ
diuinoꝝ que propheticus olim ſpi
ritus gerenda ꝑdixerat: tunc aperiē
tur oculi cecoꝝ ⁊ aures ſurdoꝝ au
dient: tunc ſaliet claudus ut ceruus
⁊ plana erit lingua mutoꝝ. Sciens
Jeſus tēpus adeſſe glorioſe paſſio
nis adiplēde: triſtis ē inquit anima
mea vſqꝫ ad mortem. ⁊ iteꝝ: Pater
ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte:
quibus verbis quandaꝫ formidinē
profitentibus noſtre infirmitatis ef
fectus participādo curabat ⁊ pena
lis expientie metū ſubeundo pelle
bat. Jn nobis ergo domin⁹ noſtro
pauore trepidabat: ut ſuſceptionem
noſtre infirmitatis induceret ⁊ nr̄aꝫ
inconſtantiā ſue virtutis ſoliditate
veſtiret. Uenerat in hunc munduꝫ
diues negociator atqꝫ miſericors ⁊
celi cōmutatione mirabili inerat cō
merciū ſalutare: noſtra accipiens: ⁊
ſua tribuens: pro contumelijs hono
res: pro doloribus ſalutē: pro morte
dans vitā: ⁊ cui ad exterminationē
poterant plus qꝫ. xii. milia angeli
carum ſeuire legionū malebat nr̄aꝫ
recipere formidinē: qꝫ ſuam exerce
re poteſtatē. Quātū autē vniuerſis
fidelibus humilitate collatuꝫ ſit: pri
mus beatiſſimus apl̄s Petrus exꝑ
tus eſt: qui cū illum inſtantis ſeuitie
vehementior procella turbaret: ad
ꝑparationem vigoris celeri mutati
one cōuerſus eſt ſumens de exēplo
remediū ut tremefactū repēte mem
brum redderet ad ſui corporis firmi
tatem. Non enī poſſet domino ſu⁹
⁊ magiſtro maior eſſe diſcipulus: q
humane trepidationē fragilitatis

non vinceret: niſi victor mortis ante
timuiſſꝫ. Reſpexit ergo domin⁹ Pe
trū ⁊ inter calūnias ſacerdotū: inter
falſitates teſtium: inter ſedentiū ⁊ cō
ſpuentium iniurias conſtitutus: illū
turbatum diſcipulū conuenit oculꝭ
quibus eum preuiderat eſſe turban
dum: ⁊ in illum egreſſa eſt veritatis
inſpectio: ubi erat cordis faciēda cor
reptio: quaſi quedam illi vox domi
ni inſonaret ⁊ diceret. Quid habes
Petre: quid in tuam ꝯſcientiā rece
dis. ad me conuertere: in me cōfide:
me ſequere: mee paſſionis hoc tem
pus ē: nōdū tui venit hora ſupplicij:
Quid metuis: quod etiā ipſe ſupera
bis: non te ꝯfundat infirmitas quā
recepi. Ego de tuo fui trepidus: tu ō
meo eſto ſecurus. Mane autē facto
conſiliū inierunt omnes ꝑncipes ſa
cerdotum ⁊ ſeniores populi aduer
ſum ieſum ut eū morti traderēt. hoc
mane iudei non ortus vobis lucis
contigit: ſed occaſus: nec veſtris ocu
lis ſolitus dies produxit: ſed ipſis mē
tibus nox tetre cecitatis incubuit.
Hoc mane vobis templū ⁊ altaria
diruit: legem ⁊ prophetas ademit
regnū ⁊ ſacerdotiū ſuſtulit: in luctū
eternum oīa feſta conuertit. Jniuſtis
enim inſanū cruentūqꝫ conſiliū tau
ri pingues: vituli multi: fremētes be
ſtie: canes rabidi: ut morti auctorē vi
te ⁊ dominū glorie traderetis: ⁊ tan
quam extenuāda eſſet furoris veſtri
imanitas: ſi eius ſententia qui proui
tie veſtre ꝑſidebat: vteremini: vinctū
Jeſū ad Pilati iudiciū deduxiſtis
ut clamoribus improbis trepido co
gnitore ſuꝑato interfectorē hominū
eligeretis ad veniā: ⁊ ſaluatorē mun
di ꝑderetis ad penam. Poſt hanc
dānationeꝫ xp̄i qua excuſata ē Pi
lati ꝑſidis ignauia magis qꝫ piās

qui locis manibus ⁊ ore poluto is labiis Jeſum irriſit ad crucē qbus cū pnūciauerat ſinnocentē: multas illuſiones domino ſacerdotalibus ſeruiens oculis licentia popularis ingeſſit: ⁊ in manſuetudinē eius qui hoc ſponte tolerabat: furens turba ſeuiuit. Sed quia multum eſt dilectiſſimi ut oīa hodiernis ſermo percurrat: in quartā feriā qua lectio dominice paſſiōis iterabit: reſidia differantur. Preſtabit enim orantibꝰ uobis: ut ipſius dono quod pmiſimus: impleamus. Per dominum noſtꝝ Jeſū xp̄m qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen:

De paſſione domini eiuſdem ſermo quartus:

Expectatiōi veſtre dilectiſſimi domino largiente reddendū ē qd pmiſimus pmerentibus orationibus ueſtris: ut nos ad ſoluenduꝫ faciat idoneos: qui vos ad exigēdū facit intentos. Loquentes n. pxie de paſſione domini vſqꝫ ad euāgelice hyſtorie venimus locū: in quo pilatus impiis iudeoꝝ clamoribus ut Jeſus crucifigeret: ceſſiſſe narratur Peractis itaqꝫ oībus que diuinitas fieri carnis velamine tpata pmiſit: Jeſus xp̄s dei cruci quā etiam ipſe geſſerat: affixus eſt duobus latronibus. uno ad dexterā ipſius: alio ad ſiniſtrā: ſimiliter crucifixis: ut etiam in ipſa patibuli ſpecie mōſtraret il la que in iudicio ipſius oīuꝫ hoīum ē facienda diſcretio: cū ⁊ ſaluādoꝝ figurā fides credentis latronis exp̄meret: ⁊ dānatoꝝ formā blaſſemātis ipietas p̄notaret. Paſſio igitur xp̄i ſalutis noſtre ꝯtinet ſacr̄m: ⁊ de inſtrumento quidē qd̄ iniqtas in deoꝝ pārauit ad penā: potētia redēptoris gradū nobis fecit ad gloriā: quā dominus Jeſus ita ad omniū hoīum ſuſcepit ſalutē: ut inter clauos qbus ligno tenebat affixus p interfectoribꝰ ſuis paterne clemētie ſupplicaret: ⁊ diceret: Pater ignoſce illis qa neſciūt quid faciunt. Principes aūt ſacerdotū quibus indulgentiā ſaluator petebat: ſuppliciū crucis irriſionū aculeis aſpabāt ⁊ in quē manibus amplius ſeuire nō poterant: linguaꝝ tela iaciebāt: dicentes: Alios ſaluos fecit: ſeipſuꝫ non pōt ſaluū facere. Si rex iſrabel eſt: deſcēdat nūc de cruce: ⁊ credimꝰ ei. De quo erroris fonte iudei: ō quo iuidie lacu taliū blaſſemiaꝝ venena potaſtis. qs uobis magiſter tradidit. que doctrina pſuaſit: q nod illuꝫ regē iſrabel: illū dei filiū credere deberetis: qui ſe crucifigi non ſineret: aut a ꝯfixione clauoꝝ liberꝝ excuteret: Non hoc vobis legis myſteria: nō paſchalis obſeruantie ſacra: nec vnqꝫ ulla pphetaꝝ ora cecinerunt ſed illud vere abūdeqꝫ legiſtis qd ad deteſtabilē ueſtri ſceleris ipietatem ⁊ ad volūtariā dn̄i ptinet paſſionē. Ipſe. n. per Eſaiā loquitur: dorſum meū ad flagella dedi: maxillas meas ad palmas: faciem meam nō auerti a ꝯſpuſione ſputoꝝ. Ipſe per Dauid: Dederūt inqt in eſcā meam fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Circūdederūt me canes multi: conſilium malignantiū obſedit me. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerūt ⁊ inſpexerūt in me. diuiſerūt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſup veſtē meam miſerūt ſortē. Et ne ſceleris tantū veſtri videat ordo p̄dictis: nulla aūt potentia p̄nūciata

crucifixi. Non quidem legiſtis: do
minus deſcēdet de cruce: ſed legiſtiſ
dominus regnauit a ligno. Crux er
go xp̄i ſacramentū veri ⁊ p̄nūciati
hꝫ altaris ubi ꝑ hoſtiā ſalutarē na
ture humane celebraretur oblatio.
Ibi ſanguis imaculati agni antiq̄ p̄
uaricationis pacta delebat. Ibi tota
diabolice dn̄ationis conterebat̄ ad
uerſitas: ⁊ de elatiōe ſupbie uictrix
humilitas triūphat: cū tam velox eſ
ſet fidei affectus ut de crucifixis cuꝫ
xp̄o latronibus qui in xp̄m filium
dei credidit: paradiſū iuſtificatus i
trauerit. Quis tanti muneris expli
cet ſacrm̄: quis potētiā tam mire cō
mutationis enarret: exiguo tp̄is pū
cto longoꝝ ſceleꝝ reatus abolet̄: in
ter luctantis aīe dura tormenta he
rens patibulo tranſit ad xp̄m. ⁊ cui
ꝓpria impietaſ intulit penā, xp̄i gr̄a
dat coronā. Hic iam deguſtato ace
to dominus qđ illa dabat vinea: q̄
ab autoris ſui plantatione degene
rans cōuerſa fuerat in amaritudinē
vitis aliene. Conſūmatū ē ait: hoc ē
ↄplete ſunt ſcripture. Nō eſt aliud
quo inſaniā populi furētis expectē:
nihil minuſ ꝑtuli q̄ꝫ me paſſuꝝ eſſe
p̄dixi. pacta ſunt myſteria infirmita
tis: ꝑmanēt documēta uirtutis. In
clinato itaqꝫ capite emiſit ſpiritū ⁊ i
corpus die tertio ſuſcitandū quietē
placidi ſoporis admiſit: cui ſacro cū
ſe vite autor ipenderet: ⁊ ad tantam
dīne maieſtatis inclinationē totius
mūdi cōpago quateret̄: cū facinus
ipiū oīs ſui ↄfuſione natura damna
ret: ⁊ manifeſtam in reos ſententiaꝫ
ipſa elementa ꝓferrent: quis vobis
animus iudei: que conſcia fuit: quā
do ⁊ uos iudiciū vniuerſitatis vrge
bat: ⁊ reuocari ad ſe ↄſūmato ſcele
re impietaſ veſtra nō poterat. Quā
lis confuſio vos operuit: que cor de
ſtꝝ pena ſuſcepit. Cū igit̄ dilectiſſimi
tanta ſit miſericordia dei: ut etiaꝫ de
tali populo multos ꝑ fidē iuſtifica
re dignat⁹ ſit: ⁊ nos ſub ueteri quō
dam ignorantie ꝓfunda nocte pere
untes in patriarchaꝝ ſocietatē ⁊ in
ſortē electi generis adoptarit: ad al
titudinem ſpei nr̄e nō ſegniter neqꝫ
cū corꝑe curamus: ſed prudēter at
qꝫ fideliter cogitantes de quali ca
ptiuitate ⁊ q̄ꝫ miſera ſeruitute: quo
p̄cio redēpti ⁊ quo brachia ſumus
educti: glorificemus deum in corpo
re noſtro: ut habitare cum nobis ex
ipſa conuerſationis noſtre ꝓbitate
monſtremus. Et quia nihil eſt in
omniū uirtutū dignitate p̄ſtantius
q̄ꝫ pietas miſericordie ⁊ puritas ca
ritatis. His nos p̄ſidijs ſpecialius
inſtruamus ⁊ charitatis opere ⁊ ni
tore pudicitie tanq̄ꝫ duabus eleuati
alis de terrenis mereamur eſſe cele
ſtes. Quo deſiderio qui quis gra
tia dei adiutus implet̄: ⁊ de ꝓfectu
ſuo non in ſe ſed in domino gloria
tur. Hic legit͛me honorat paſchale
ſacramentū: huius limina uaſtator
angelus ſanguīe agni ⁊ ſigni crucis
p̄notata non intrat. Is plagas egy
ptias non paueſcit: ⁊ iiſdem aquis
hoſtes relinqt extinctos quibus eſt
ipſe ſaluatus. Amplectamur itaque
dilectiſſimi purificatiſ mentib⁹ atqꝫ
corporibus ſalutis noſtre mirabile
ſacramentū: ⁊ ab omni fermēto ma
litie veteris emūdati paſcha domini
cum digna obſeruatione celebrem⁹
ut regente nos ſpiritu ſancto a cari
tate xp̄i nullis tentationibus ſepa
remur: qui in ſanguīe ſuo pacificās
omnia in altitudinem paterne glo
rie ſe recepit. ⁊ humilitate ſibi ſeruiē
tium non reliquit Amen.

## De paſſione domini eiuſdem ſermo quintus.

Reator ꝛ dominus oīum rex xp̄s poſt inuſitatū ſacre virginis partū poſt adorata magorū cōfeſſione cunabula ꝛ poſt multiplicē doctrinā celeſtis eloquij ꝛ uariarū curationū medelas īperio uerbi potentis effectas diſpenſationē omniū ſacrorū oīamqꝫ uirtutum ſalutifera paſſione conſūmat. Chriſtiane igitᷣ ſpei dilectiſſimi uera ratio ꝛ p̄ncipalis cauſa crux xp̄i ē: que lꝫ iudeis ſit ſcandalū: gentibus aūt ſtulticia: nobis tamen dei uirtus ē: deiqꝫ ſapientia: unde ſūmū hoc ꝛ potiſſimū diuine miſericordie ſacrm̄ ſemper quidem in cordibus nr̄is cū tota ſui dignitate retinendū ē ſed nūc viuaciorē al ſenſū ꝛ puriorē exigit mētis intuitū: quando nobis nō ſolū recurſu tēporis ſed etiā textu euāgelice lectionis oē opus nr̄e ſalutis ingeritᷣ. Nihil ergo apud nos loci cogitationes hēant ipiorū: nec integritatem ſane intelligentie aut iudaica offenſio aut gentiliſ corrūpat irriſio ut qđ non ſolū ꝓ nobis humiliter ſed etiam ſublimiter geſtū ē aut ſm̄ hoiēꝫ īpoſſibile: aut ſm̄ deuꝫ videatᷣ indignū: Utrūqꝫ aūt recipiat utrūqꝫ ꝯuēit credi: quia nemo hominū pōt niſi ī vtroqꝫ ſaluari: Juſtus.n. ꝛ miſericors deus nō ſic munere ſue uoluntatis ē vſus: ut ad reparationem noſtrā ſolā potentiā benignitatis exerceret ſed qa ꝯſequens fuerat ut hō faciens peccatū ſeruus eſſet peccati ſic medicina egris: ſic reconciliatio reis: ſic redēptio eſt īpenſa captiuis ut condēnationis iuſte ſententiam iuſto liberatoris opere ſolueretᷣ: nā ſi ꝓ peccatoribus ſola ſe opponeret deitas: non tā rō diabolū vinceret: qꝫ poteſtas: ꝛ rurſum ſi cām lapſorū ſolū ageret natura mortaliū: nō eruereᷣ a ꝯditione qua libera non eēt agere vnde oportuit in vnū dominū noſtrū Jeſū xp̄m ꝛ diuinā ꝛ hūanam ꝯuenire ſubſtantiā: ut mortalitati nr̄e per uerbū caro factum ꝛ origo noui hoīs ſubueniret ꝛ paſſio. Cū igitᷣ in xp̄o Jeſu iudeorū duriciaꝫ q̄ ſūt diuina contemnat. illis aduerſus gloriā domini calūniantibus: iſtis ꝯtra humilitatē ſuperbiētibus. nos dei filiū ꝛ in ſuis uirtutibus ꝛ in noſtris infirmitatibus adoramus: nec erubeſcimus crucē xp̄i ꝛ inter ꝯtradicentiū linguas nec de morte ipſiꝰ nec ď reſurrectione dubitamus: quoniā quod ſuperbos ad infidelitatē trahit: hoc nos ad uitā dirigit. Admonitis igitᷣ diſcipulis dominus: ut ꝯtra uim tentationis inſtantis uigilanti oratione certarent: ipſi patri ſupplicans ait. ut ꝯtra vim tentationis inſtantis uigilanti oratiōe certarent: ipſi patri ſupplicans ait: pater ſi poſſibile ē trāſeat a me calix iſte: uerūtamen non ſicut ego uolo ſed ſicut tu: p̄ma petitio infirmitatis ē: ſecūda uirtutis: illud optauit ex nr̄o: hoc elegit in ꝓp̄o. Nec.n. equalis patri filius oīa eſſe poſſibilia deo: neſciebat: aut ad ſuſcipiendo crucē ſine ſua in hunc mūdū deſcenderat uolūtate: ut hanc diuerſarū actionū cōpugnantiū ꝑturbata quodāmō rōne pateretᷣ. Sed ut ſuſcipiētis ſuſcepteqꝫ nature eſſet māifeſta diſtinctio: qđ erat hoīs: diuinā deſiderauit potentiā qđ erat dei: ad cām reſpexit humanā. Supiori igitᷣ uoluntati volūtas ceſſit inferior. ꝛ cito demonſtratū ē quid poſſit a trepidāte orari. ꝛ qđ nō hēat a medente ꝯcedi

Quia.n.nos qd oremus: ſicut oportet: neſcimus. ⁊ vtile nobis ē ne fiat
pleruq3 qd volumus. Deus iuſtus
⁊ bonus quādo ea q̄ nocitura ſunt
petitᷣ: negando miſeretᷣ. Volūtatiſ
ergo nr̄e correctionem dominus tri
getur auditus:hodierno ſermõi ad
hibendus é modus. ut quarta ſab
bati que ſũt adijcienda ſeruemus:
auxiliante domino nr̄o Jeſu xp̄o q
cũ patre ⁊ ſpũ ſancto viuit ⁊ regnat
in ſecula ſeculoꝝ amen.

De paſſione ⁊ reſurrectiõe domi
ni eiuſdem ſermo. xiii.

Euangelica lectio dilectiſſimi
que ſacratiſſimam dominice
paſſionis reſerauit hiſtoriaꝫ: ita vni
uerſe eccleſie nota eſt de cõmuni fre
quẽter audiui ut reꝝ geſtaꝝ ordineꝫ
tanq̄ꝫ ſub ueſtris habitũ oculis, ſin
guli quiqꝫ recolatis. Nec parũ eſti
mandi ſũt profeciſſe. qui de his que
audiũt non dubitant ut etiá ſi non
dũ liquide aliquid valeát ſcriptura
rũ capere ſacrm̄: firmiſſime tamen
credunt in diuis libris nullũ eē mé
daciũ. Quia ergo ſincere fidei pro
miſſa eſt intelligentie plenitudo: eri
gat ſe ad ꝓmerendá ſpũs ſancti eru
ditioné illuminataꝝ mentiũ vigor
⁊ nõ ꝯtétus ſit facti ordiné noſſe ni
ſi etiam ipſam rationé impenſe ſibi
pietatis inſpiciat: ut auctoré ſuũ hu
mana natura ſciendo quantũ ab eo
ſit dilecta: plus diligat. Miſerẽdi.n
cauſaꝫ deus niſi in ſua bonitate nõ
habuit. Et mirabilior eſt ſecũda ho
minũ generatio q̄ꝫ ꝑma cõditio: qa
plus eſt in nouiſſimis ſeculis repa
raſſe deum quod perierat q̄ꝫ a ꝑnci
pio feciſſe quod nõ erat. Libertateꝫ

ſtaq̄ꝫ innocentie naturalis: quam ꝑ
moꝝ parentũ ꝑuaricatione perdidi
mus: nulla per ſe ſcõꝝ ꝑcedentiũ me
rita receperũt: quia lata in trãſgreſ
ſores ſententia oém ꝓgeniem capti
ue poſteritatis obſtrinxit: ⁊ nemo
extitit exorſ a dãnatione: quia nullꝰ
fuit liber a crimine. Sed redemptio
ſaluatoris deſtruens opus diaboli
⁊ rũpens vincula peccati: ita imagi
ne pietatiſ ſue diſpoſuit ſacrꝫ ut vſqꝫ
ad cõſũmationé quidé mũdi ꝑfini
ta generationum plenitudo decur
reret. Sed renouatio originis ꝑ iu
ſtificationem indiſcrete fidei ad om
nia retro ſecula pertiet. Incarnatio
quippe uerbi ⁊ occiſio ac reſurrectio
chriſti vniuerſoꝝ fidelium ſalus fa
cta eſt ⁊ ſanguis vnius iuſti qué no
bis pater donauit: qui eũ ꝓ reconci
liatione mũdi credimus fuſum hoc
contulit patribus: q ſimiliter credide
re fundendum. Nihil ergo dilectiſſi
mi ab antiquis ſignificationibꝰ in
Chriſtiana religione diuerſũ eſt: nec
unq̄ꝫ a precedentibus iuſtis niſi in
domĩo Jeſu Chriſto ſpata ſaluatio
eſt: diſpenſatõibus quideꝫ ꝓ diuine
uolũtatis rõne uariatis: ſed in idipſũ
coruſcãtibus ⁊ legis teſtimoniis ⁊ ꝓ
phetie oraculis ⁊ oblationibꝰ hoſti
aꝝ: qa ſic congruebat illos populos
erudiri: ut que reuelata nõ caperent
obũbrata ſuſciperent: ⁊ maior Euãge
lii auctoritas: cui tot ſignis totqꝫ mi
raculis atqꝫ myſteriis ueteris teſta
menti pagine deſeruiſſent: de quibꝰ
dominus profitebatur quod non ue
nerat legem ſoluere: ſed adimplere
Non eſtimet ſibi prodeſſe Judeus
q i littere carnaliter ſuperficie demo
ratur: ⁊ iis ſcripturis conuincitur: q
apud nos ueram ſui obtinent digni
tatem: dum ⁊ erudimur predictis ⁊

ditamur ipletis: dicente.n. domino:
Cū exaltatus fuero oia trabam ad
me: nihil legalium inſtructionū ni
hil ꝓphecicaꝝ reſedit figuratū: qđ
non totū in xp̄i ſacra tranſierit. No
biſcū eſt ſignaculū circūciſiōis: ſan
ctificatio charıſmatū: conſecratio ſa
cerdotum. Nobiſcū puritas ſacrifi
cij: baptiſmi ueritas: honor templi:
ut ceſſarent nūcij poſtq̄ȝ nūciata ue
nerunt. nec uacuant reuerētia ꝓmiſ
ſionū: quia plenitudo manifeſtata ē
gratiaꝝ. verꝫ ſicut ait apoſtolus: Ce
citas in iſrael ex parte facta eſt: ne q
filij carnis hi filij ſunt promiſſionis
ineffabilis miſericordia iſraeliticum
ſibi populū de oībuſ nationibus fe
cit: ⁊ ſaxeo illo gentiliuȝ rigore mol
lito veros Abrae filios excitauit ut
concluſis oībus ſub peccato q car
ne nati ſunt ſpū renaſcant̄ nec interſit
quo parte ſit quiſqȝ genitus: cū per
indiſcretam vnius fidei confeſſionē
⁊ fons baptiſmatis faciat innocētes
⁊ electio adoptionis confirmet he
redes. Quid.n. aliud agit crux xp̄i:
q̄ȝ ut deſtructis inimicitiis ⁊ recon
ciliet̄ mūdus deo: ⁊ per ſacrificium
imaculati agni verā in pacē cuncta
reuocent̄. Non aūt concordat deo
qui ab ea quā in generatiōe ſua edi
dit: ꝓfeſſione diſſentit: diui immemor
pacti inherere oſtenditur renūciatiſ
dū reſilire inuenitur a creditis. Fru
ſtra enim xp̄ianū nomen ſibi vſur
pat: ⁊ nequaq̄ȝ eſtimet ſe paſcha do
mini celebrare qui Jeſum xp̄m i ea
qua natus eſt ⁊ paſſus ⁊ mortuus ⁊
ſepultus carne reſurrexiſſe non cre
dit: ⁊ noſtro in illo nature reſuſcita
tas p̄mitias non fatet̄. Verus itaqȝ
dominice paſſionis ſic crucifixū Je
ſum oculis cordis aſpiciat: ut illius
carnem ſuam eſſe cognoſcat. Cōtre

miſcat in redemptoris ſui ſupplicio
terrena ſubſtantia: rūpant̄ infideliū
menti ū petre: ⁊ qui mortalitatiſ gra
uabant̄ ſepulchriſ diſcuſſa obſtacu
loꝝ mole proſiliant: Appareāt quo
qȝ in ciuitate ſcā in eccleſia dei futu
re reſurrectionis indicia: ⁊ quod ge
rendū eſt in corporibus fiat in cordi
bus. Nulli infirmoꝝ crucis ē nega
ta victoria: nec quiſq̄ȝ eſt cui nō xp̄i
auxiliet̄ oratio. Que ſe multis in eū
ſeuientibus profuit: quantomagis
qui ad ipſum cōuertuntur iuuabit.
Sublata ē ignorantia: ſpantia ē dif
ficultas: ⁊ igneā illā que vite regio
erat incluſa: romphea ſacer xp̄i ſan
guis extinxit: vere luci ātique noctis
ceſſit obſcuritas: inuitat̄ ad paradi
ſi diuitias populus xp̄ianus ⁊ cun
ctis regeneratis ad amiſſam patriā
patefactus eſt reditus: ſi nemo ſibi il
lam viam faciat claudi que fide la
tronis potuit aperiri. Celebrantes
igit̄ dilectiſſimi paſchalis feſti inef
fabile ſacr̄m agnoſcamus: docente
ſpū dei: ad cuius glorie participati
onē uocati ⁊ ad quē ſpem ſumus in
greſſ. Nec ita nos nunc anxie nunc
ſuperbie p̄ſentis uite occupēt actio
nes: ut non toto cordis affectu con
formari redēptori noſtro per illi⁹ ex
empla nitamur. Nihil.n. non ad no
ſtram ſalutem: aut egit. aut pertulit:
ut uirtus que inerat capiti: ineſſet ēt
⁊ corpori. nam p̄mū ipſa ſubſtantie
noſtre in deitate ſuſceptio: qua uer
bū caro factū ē ⁊ habitauit in nobiſ
quem hominem miſericordie ſue ni
ſi infidelem reliquit exortez ⁊ cui nō
cōmunis cum xp̄o eſt ſi aſſumentē
recipit: ⁊ eo ſpū eſt regeneratuſ quo
ille p̄mogenitus? Deinde quis in
illo ſuas non agnoſcat infirmitateſ
quis perceptionē cibi: requietionez

ſomni ſollicitudinem meſtitudinis:
lachrymas pietatis: non videat for
me fuiſſe ſeruilis. Que quoniaꝫ ab
antiquis ſanãda vulneribus ⁊ a col
luuione erat purgãda peccati: ita vni
genitus dei etiã hoīs factus ē filius
ut ⁊ oī humanitatis veritate ⁊ diui
tatis plenitudine nõ careret. Sicut
itaqꝫ noſtꝝ eſt qd̓ cum unitione dei
tatis pepit materna uirginitas: ita
noſtꝝ eſt qoud ⁊ iudaica crucifixit
impietas: noſtꝝ eſt quod examie ia
cuit: ⁊ quod die tertia reſurrexit: qd̓
qꝫ ſuper oēs altitudines celoꝝ ad
dexterã paterne maieſtatis aſcendit
ut ſi per viam mandatoꝝ eius icedi
mus: ⁊ ſi que in humilitate corpo
rea noſtre impedit ſaluti non erube
ſcimus confiteri. Nos quoqꝫ i glo
rie eius conſortium prouehamur:
quoniam manifeſte quod nũciauit
implebitur: Omnis qui confitebit̃
me coram hōībus ⁊ ego confitebor
me eum coram patre meo qui i celiſ
eſt. Huic autem cohortationi noſtre
adeſt atqꝫ auxiliat̃ gratia dei que i
incarnationis xpi ⁊ mortis ac reſur
rectionis eius inimicos reuelata p
omnes eccleſias ueritate deſtruxit:
totius mundi fideles cuꝫ apoſtolice
fidei auctoritate concordes vna no
biſcũ exultatione gauderent: dicẽte
beato Paulo: An ignoratis: quia
quicũqꝫ baptizati ſumus in chriſto
Jeſu: in morte ipſiuſ baptizati ſum⁹
Conſepulti enim ſumus cũ ipſo per
baptiſmũ in mortẽ: ut quõ ſurrexit
xps a mortuis per gloriã patris: ita
⁊ nos in nouitate uite ambulemus
Si.n. cõplantati facti ſumus ſimili
tudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurre
ctionis erimus: hoc ſciẽtes quia ve
tus homo noſter ſimul crucifixus ē
ut deſtruatur corpus peccati: ut ul
tra non ſeruiamus peccato. Qui.n.
mortuus eſt: iuſtificat⁹ eſt a peccato
Si autem mortui ſumus cum xpo:
credimus quia etiam ſimul uiuem⁹
Qui viuit ⁊ regnat cuꝫ patre ⁊ ſpiri
tu ſancto in ſecula ſeculoꝝ Amen.

De paſſione ⁊ reſurrectiõe domi
ni eiuſdem ſermo. xiiij.

Gloria dilectiſſimi dominice
paſſionis de qua nos etiam
hodie locuturos eſſe ꝑmiſimus: hu
militatis maxie eſt mirãda myſterio
que oīs nos ⁊ redemit: ⁊ docuit: ut
unde datũ eſt preciũ: inde ⁊ iuſticia
ſũmeret. Omnipotentiam eni filii
dei que ꝑ eãdẽ eſſentiam equalis eſt
patri: potuiſſet humanũ genus a do
minatu diaboli ſolo iperio ſue uolũ
tatis eruere: niſi diuinis operibus
maxie cõgruiſſet: ut nequitie hoſtiliſ
aduerſitas de eo qd̓ uicerat: uinceret
⁊ ꝑ ipſã materiã naturalis repararet
libertas: per quã generalis fuerit il
lata captiuitas. Dicente autẽ Euan
geliſta: Quod uerbũ caro factũ eſt: ⁊
hitauit in nobis. Et dicẽte Apoſtolo
Quod deus erat i chriſto mundum
recõcilians ſibi: oſtenſũ eſt: quia uni
genitus ſũmi patris tale iniit cũ hu
mana humilitate conſorciũ. ut ſuſce
pta nr̃e carnis atqꝫ ſubſtãtia unus
atqꝫ idem dei filius ꝑmaneret nr̃a
augendo nõ propria: qa infirmitas
erat prouehẽda nõ uirtus: ut cũ ſuo
creatori creatura eſſet unita: nihil aſ
ſumpto diuinum: nihil aſſumẽti de
eſſet humanuꝫ. Hoc conſiliũ huma
ne miſericordie ⁊ iuſticie dei licet in
preteritis ſeculiſ quibuſdã uelamini
bus erat obumbratũ: non tamẽ ita
tectũ ē: ut ſanctorũ qui ab initio uſqꝫ
ad aduentũ domini laudabiles exti
l

ferunt:intellectui negaretur: cum ⁊
prophericis uerbis ⁊ rerum geſtaꝝ
ſignificationibus ſalus que in chri
ſto erat ventura:promiſſa ſit: quam
non ſolum qui predicabant adepti
ſunt:ſed omnes etiam qui predicā
tibus crediderunt. Una enim fides
iuſtificat vniuerſoꝝ tempoꝝ ſanctoſ
⁊ ad eandem ſpem fidelium ꝑtinet
quicquid per mediatorem dei ⁊ ho
minum Jeſum chriſtum uel nos cō
fitemur factuꝫ:uel per patres noſtri
adorauere faciendum. Nec inter iu
deos atqꝫ gentiles ulla eſt diſtictio
Siquideꝫ ſicut ait apoſtolus. Circū
ciſio nihil eſt ac preputiū nihil eſt di
ſtinctio. Siquidem ſicut ait apoſto
lus: Circunciſio nihil eſt ac precep
tū nihil eſt ſed obſcuratio mandato
rum dei:que ſi cum integritate fidei
ſeruent:ueros Abrae filios ideſt ꝑ
fectos faciūt xpianos: dicente apo
ſtolo eodē: Quicunqꝫ enim in chri
ſto Jeſu baptizati eſtis:chriſtum in
duiſtis. Non eſt iudeus neqꝫ grecꝰ
non eſt ſeruus neqꝫ liber.non ē ma
ſculus neqꝫ femina:omnes eni vnū
eſtis in chriſto. Si autꝫ vos chriſti
ergo Abrae ſemen eſtis ſecundū ꝓ
miſſionem heredes. Non ergo ē du
biuꝫ dilectiſſimi naturam humanā
in tantam cōnexionem a filio dei eē
ſuſceptam:ut non ſolum in illo ho
mine qui eſt primogenitus totiꝰ cre
ature:ſed etiā in omnibꝰ ſanctis ſuiſ
vnus idemque ſit Chriſtus: ⁊ ſicut
a membris caput:ita a capite mem
bra diuiſi non poſſunt. Quam
uis enim non iſtius vite ſit ſed eter
ne ut ſit deus omnia in omnibus:ta
mē mō etiā templi ſui quod ē eccle
ſia indiuiſis habitator eſt: ſecundū
quod ipſe ꝓmiſit dicens: Ecce ego
vobiſcum ſum omnibus diebꝰ uſqꝫ

ad conſūmationem ſeculi: quibus
apoſtolus coronans ait: Ipſe eſt ca
put corporis eccleſie qui eſt principi
um:primogenitus ex mortuis ut ſit
in omnibus ipſe priuatum tenens:
quia in ipſo complacuit omneꝫ ple
nitudinem diuinitatis habitare: et
per eum reconciliari omnia in ipſo
Jis autem ⁊ alijs pluribus exēplis
⁊ teſtimonijs quid inſinuatur cordi
bus noſtriſ:niſi ut per omia ad ima
ginem eius renouemur: qui perma
nēs i forma dei caris peccati forma
fieri dignatus eſt. Omnes enim in
firmitates noſtras: que ueniunt de
peccato:abſqꝫ peccati communione
ſuſcepit:vt ⁊ famis ⁊ ſitis ⁊ ſomni ⁊
laſſitudinis meroris ac fletꝰ affecio
nibus nō careret. Doloreqꝫ ſeuiſſi
mos uſqꝫ ad mortis extrema:quia
nemo poſſet laqueis mortalitatiſ ab
ſolui:niſi ille in quo ſolo innocens
erat natura oium:fineret ſe interfici
manibus impioꝝ. Unde Saluator
noſter filiꝰ dei uniuerſis i ſe credēti
bus ⁊ ſacramentum cōdidit:⁊ exem
pluū:ut unum apprehenderent:alteꝝ
ſequeret imitando. Hoc enim docet
beatus Petrus Apoſtolus dicens
Chriſtus paſſꝰ eſt pro nobis:uobis
relinquēs exemplum:ut ſequamini
ueſtigia eiuſ:qui peccatū nō fecit:nec
inuentus eſt dolus in ore eius. Qui
cū malediceret:nō maledicebat: cuꝫ
pateret non cōmitabat. Tradebat
aūt iudicanti ſe iniuſte:quia peccata
noſtra ipſe pertulit i corpore ſuo ſup
lignū:ut pctīs mortui iuſtitie uiuamꝰ
Sicut ergo nemo eſt credentiū dile
ctiſſimi:cui dona neganda ſint gratie
Jta nemo eſt:qui non ſit Chriſtiane
debitor diſcipline:quia ⁊ ſi remota eſt
iuſticie legis aſperitas: uoluntarie
tamē obſeruantie creuit utilitaſ:dicē

te euangeliſta Joanne Quia lex per Moyſen data eſt: gratia aũt ⁊ veritas per Jeſum chriſtũ facta ē. Gia.n que ſm legē ſiue in circũciſione carnis ſiue in diuerſitatibus hoſtiaꝝ ſiue in ſabbati obſeruantia preceſſerunt: chriſtum teſtificata chriſti ſunt gratiam prelocuta. Et ipſe eſt filius non euacuando ſignificationes ipſius ſed implendo qui licet idẽ ſit auctor veteꝝ qui nouaꝝ figurarum. tñ promiſſionum ſacramēta mutauit quia promiſſa perfecit ⁊ denũciationibus ceſſationem impoſuit quoniã denuntiatus aduenit. In preceptis aũt moralib⁹ nulla prioris teſtamẽti decreta reprobata: ſed euangelico magiſterio multa ſũt aucta: vt prefectiora ⁊ lucidiora eſſent dãtia ſalutē: q̃ȝ promittentia Saluatorẽ. Omnia igitur que dei filius ad reconciliationem mundi ⁊ fecit: ⁊ docuit: nõ in hiſtoria tantũ preteritaꝝ actionũ nouim⁹: ſed etiã i preſentiuȝ operum virtute ſentimus. Ipſe eſt qui de ſpiritu ſancto ex matre editus virgine incontaminatam Eccleſiam ſuam ea deȝ inſpiratiõe fecũdat: ut per baptiſmatis partum innumerabilis filioꝝ dei multitudo gignatur: de quibus dicitur. Qui nõ ex ſanguinibuſ: neq; ex uolũtate carniſ: neq; ex uolũtate uiri: ſed ex deo nati ſũt. Ipſe eſt in quo ſemē Abrae totius mundi adoptione: benedicitur: ⁊ fit Patriarcha gentium pater dũ ꝓmiſſiõis filij fide non carne naſcũtur. Ipſe ē qui nullius gentis exceptionem faciens de omni natione quã ſub celo eſt: vnũ ſanctaꝝ omniũ efficit gregem: ⁊ quotidie implet quod ꝓmiſerat dicẽs: Habeo alias oues que non ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas opoꝛtȝ me adducere: ⁊ uocē meam audiẽt: ⁊ fiet vnũ ouile ⁊ vnus paſtor. Quãuis.n. beato Petro principaliter dicat Paſce oueſ meas: Ab vno tamē domino ipſa oium regitur cura paſtoꝝ: ⁊ venientes ad petram tã letis tam irriguis paſcuis alit ut innumere oues dilectionis pinguedine roborate: ſicut bonus paſtor dignat⁹ eſt ꝓ ouibus ſuiſ animã ponere: ita ⁊ ipſe non dubitent pro nomine paſtoris occũbere. Ipſe eſt.n. cui nõ ſolum glorioſa martyꝝ fortitudo: ſed etiam omniũ renaſcentium fides in ipſo regeneratione cõparitur. Dum enim renunciatur diabolo ⁊ credit̃ deo dum in nouitatem a uetuſtate tranſitur dum terreni hominiſ imago deponitur ⁊ celeſtis ſuſcipit̃ quedam ſpecies mortis ⁊ quedam ſimilitudo reſurrectionis interuenit: ut ſuſceptus a chriſto chriſtũq; ſuſcipiens non idē ſit poſt lauacrũ qui ãte baptiſmum fuit: ſed corpus regenerati fiat caro crucifixi. Hec cõmutatio dilectiſſimi dextre excelſi eſt: qui operatur omnia in omnibus: ut in ſingulis fidelibus ꝑ bone ↄuerſationis qualitatē ipſum pioꝝ operuȝ intelligamus auctorē gratias agentes miſericordie dei. Qui inumeris chariſmatum donis ita vniuerſum eccleſie corp⁹ exornat: ut per multos unius hominis radios idē ubique ſplēdor appareat: nec poſſit niſi gloria eſſe xpi cuiuſlibet meritũ chriſtiani. Hoc eſt uerum lumē quod omnem hominem iuſtificat: hoc eſt illõ quod eruit de poteſtate tenebraruȝ: ⁊ tranſfert in regnum filij dei. Hoc eſt quod per nouitatem uite deſideria animi ꝓhibit: ⁊ concupiſcentiaſ carnis extinguit. hoc eſt per quod paſcha domini in azimis ſinceritatis ⁊ ueritatis legitime celebrat̃. dũ

fermento ueteris malitie abiecto no
ua creatura de ipſo domino inebria
tur ꝛ paſcit᷑. Non.n.aliud agit par
ticipatio corporis ꝛ ſanguinis xp̄i:
q̄ꝫ ut tu id quod ſumimus: tranſea
mus: ꝛ in quo cōmortui ꝛ conſepul
ti ꝛ conreſuſcitati ſumus: ipſum per
oīa ꝛ ſpū ꝛ carne geſtemus: dicente
ap̄l'o: Mortui.n.eſtis: ꝛ uita vr̄a ab
ſcondita ē cū xp̄o in deo. Cū enim
xp̄us apparuerit uita ueſtra: tunc ꝛ
vos cū xp̄o apparebitis in gloria q
cum patre ꝛ ſpiritu ſancto uiuit ꝛ re
gnat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

De paſſione ꝛ reſurrectiōe domi
ni eiuſdem ſermo.xv.

Ermonē dilectiſſimi de glori
oſa domini nr̄i Jeſu xp̄i paſſi
one ꝑmiſſum ita expectationi vr̄e i
telligo eſſe reddendum: ut officium
differendi ꝛ feſto paſchali cōueniāt
ꝛ auſibus impij erroris occurrat.
Qui.n.dei filium ueram noſtre car
nis negant ſuſcepiſſe naturaꝫ: inimi
ci ſunt fidei xp̄iane: ꝛ euangelicaꝫ ꝑ
dicationem nimis impudenter īpu
gnant: ut ſecundū ipſos crux chriſti
aut ſimulatio fuerit phantaſmatis:
aut ſupplicium deitatis: qđ a cordi
bus pioꝝ longe eſt repellendū quia
catholica integritas: nec maculaꝫ ꝑ
fidie: nec rugā poſſet habere menda
cij: que vnū chriſtum ſicut deum di
cat fuiſſe paſſibilem. Quāuis ergo
ab illo initio quo in vtero virginis
uerbum caro factum eſt: nihil vnq̄ꝫ
inter diuinam humanāq̄ꝫ ſubſtan
tiam diuiſionis extiterit: ꝛ per oīa i
crementa corporea unius ꝑſone fue
rint totius temporis actiōes: ea ipſa
tamen que inſeparabiliter facta ſūt
nulla permixtione confundimus.

Sed quid cuius nature ſit ex operū
qualitate ſentimus: nec enim diui
na humanis preiudicant nec huma
na diuinis: cum ita in idipſū vtra
q̄ꝫ concurrant: ut in eis nec proprie
tas abſumatur nec perſona gemine
tur. Tranſcurſus igitur ijs que paſ
ſionem domini preceſſerunt: quid
documentorum habeat ſacramen
tum paſchale tractemus. Nam ex
ardeſcente ad effectum ſui ſceleris ſe
uitia iudeorum: cum deus eſſet in
chriſto mundum reconcilians ſibi:
nulla uis templo corporis eius: niſi
ipſe permitteret potuiſſet inferri.
Siquidem terribilis militū cohorſ
illa ꝛ a principibus ꝛ phariſeis cuꝫ
gladijs ꝛ fuſtibus miſſa multitudo
ita una domini uoce percuſſa eſt: ut
cum tube dixiſſent Jeſum ſe quere
re Nazarenum: ꝛ ipſe reſpondiſſet:
Ego ſum: nemo eorum ſubſiſteret:
ſed omnes ſimul amiſſo imembroꝝ
officio retrorſum acti eliſique conci
nerent. In quo utique diuine pote
ſtatis erat iudicium que impiorum
conatus non armis contrarijs ne
que ullius creature potentis auxi
lio: ſed ſola uerbi uirtute proſterne
ret. Quia uero ſaluando huma
no generi alterius operis ratio non
congruebat: nec poſſet ſanguis chri
ſti precium credentium fieri: ſi redē
ptor ſe non ſineret comprehendi.
Admiſit in ſe impias manus ꝛ co
hibita eſt in ſe potentia deitatis ut
perueniret ad gloriam paſſionis.
Cuius utique inanis fuiſſet ſpecies
ꝛ nulli profutura imago tolerantie:
niſi uera diuinitaſ ueris ſe humane
carnis ſenſibus induiſſet: ut vnus
dei atque hominis filius aliūde in
temerabilis aliūde paſſibil' mortale

noſtrꝝ per ſuū immortale renouaret
Et ideo meſtitudine ideo fortitudie
non carebat ut ad euincendas huiꝰ
mundi perturbationes non ſolum
nos ſacramento ſuſceptionis: ſed eti
am exemplo fortitudinis roboraret
Nam iniuſta uideretur eius ad pa
tientiam cohortatio: cui nulla eſſet
in noſtra infirmitate cōmunio. Ve
ras autem domini paſſiōes Eſaias
propheta ipſius voce pronunciat di
cens: Dorſum meum dedi in flagel
la: ⁊ maxillas meas in palmas: uul
tum autem meū non auerti a confu
ſione ſputorꝝ. Quod itaqꝫ uerbi ca
ro patiebatur: non uerbi pena erat
ſed carnis: cuius iniurie atqꝫ ſuppli
cia etiam ad impaſſibilem redūda
bunt: ut merito dicantur ei illata: q̄
in ipſius ſunt corpus admiſſa: dice
te apoſtolo: Si enim cognouiſſent
nunq̄ꝫ dominū glorie crucifixiſſent.
obcecati enim iudei malitia ſua in
quod ꝑpipiſſent facinus neſciebāt
Unde miſericors dominus Jeſus
qui etiam interfectores ſuos uellet
ſua morte ſaluare pro ignorantia ſe
uientiuꝫ de crucis altitudine ſuppli
cabat dicens: Pater ignoſce illis:
qa neſciūt quid faciūt. Nec itellectu
enim cordis: nec auditu auris nec
oculorꝝ intuitu ſentiebant: quem fal
ſis teſtimonijs appetiſſent: quem af
figi patibulo coegiſſent: dū in corpo
re hominis non agnoſcunt ſubſtan
tiam deitatis. Viderūt humilem et
non adorauerunt vniuerſitatis au
ctorē nec intellexerūt poteſtatem iu
dicaturi: deſpicientes manſuetudi
nem iudicati: ut pſecutores ueri dei
⁊ negatores ueri hominis una ipie
tas ſociaret: dum ſerui formam in
chriſto ⁊ iudei eſtimant ſolam ⁊ he
retici aſſerunt nullam. Dicant ergo

iſti phantaſtici chriſtiāi que ſubſtā
tia ſaluatoris affixa ſit ligno: que ia
cuerit in ſepulchro ⁊ reuoluto mo
numenti lapide que tertia die caro
reſurrexerit: uel quale corpus Jeſus
diſcipulorꝝ uiſui clauſis ab eo oſtiis
ingreſſus intulerit ⁊ ad abigendam
cernentium diffidētiam inſpici ocu
lis digitiſqꝫ tractari patētes adhuc
fixuras clauorꝝ ⁊ recens compūcti
lateris uulnus exegerit. Ac ſi tanta
in luce ueritatis tenebras ſuas here
tica obduratio non relinquit: oſten
dant unde ſibi ſpem uite polliceanť
eterne: unde reſurrectionis chriſti ſe
credant eſſe conſortes. Non enī poſ
ſent cum apoſtolo dicere: Chriſtus
reſurrexit a mortuis primitie dormi
entium quia nō ſunt ꝑmitie hoīum
ſi non ſunt de humāe ſtirpe nature.
Qui.n.ꝯmus hominum reſurrexit
eius plenitudo ē portio quā ꝑdidit.
Et pie creditᷣ hoc quod ē in capite i
choatū: i mēbris quoqꝫ eē cōplēdū
qa ſicut in Adā oēs morīūtur: ita ⁊
in chriſto oēs viuificabūtur. Ample
ctentes igitur dilectiſſimi humane
ſpei vnicum pignus: nō diuellamur
a cōpage corporis chriſti in quo ha
bitat: ſicut apoſtolus ait: Oīs pleni
tudo diuinitatis corporaliter: ⁊ eſtis
repleti in illo. Nā cum incorporea
ſit ſubſtantia dei: quomodo corpo
raliter in chriſto habitat: niſi qa ca
ro nr̄i generis facta ē caro deitatis:
⁊ in illo ſumꝰ deo repleti in quo ſu
mus etiā ſuſcitati ut poſſumus cum
ap̄lo dicere: Nr̄a aūt ꝯuerſatio i ce
lis ē: unde etiā expectamus ſaluato
rē dominū noſtrꝝ J ſū chriſtuꝫ: qui
reformabit corpus hūilitatiſ nr̄e cō
forme fieri corpori glorie ſue: viuenſ
⁊ regnans cū patre ⁊ ſpū ſcō in ſecu
la ſeculorꝝ Amen:

l

De paſſione ⁊ reſurrectiõe domi
ni eiuſdem ſermo.xvi.

Emp gdẽ dilectiſſimi fideliuꝫ
mentes in diuoꝝ decet admi
ratiõe uerſari:⁊ rõnales aïos ĩſ ma
xime cogitatiõibꝰ ĩherere:p q̃s icre
mẽtũ fidei ꝯſequãť:cũ.n.pia coꝛdis
intẽtio uľ ad generalia beneficia uľ
ad ſpãlia ipſiꝰ gr̃e dona dirigiť mul
tas a ſe vanitates abigit:⁊ a coꝛpoꝛa
libꝰ curis in qõdã ſecretũ ſpiritale
ſecedit. Sed hoc in tp̃e dñice paſſio
nis multo auidiꝰ excellẽtiuſqꝫ faciẽ
dũ ẽ ut ea q̃ ſũt ſacris lectiõibꝰ recẽ
ſita:ſane intelligẽtie ſuſcipianť audi
tu:⁊ q̃ magna ſũt uerbis : appareãt
maioꝛa myſterijs. Prima nãqꝫ eri
gendi ſurſũ nr̃i coꝛdis ẽ rõ:qȯ ea ẽt
q̃ euãgelica ueritas narrauit uoces
ꝓphetice nõ tanq̃ꝫ gerẽda:ſꝫ tanq̃ꝫ
geſta cecinerant:⁊ qd hũane aures
nõdũ cogitauerãt faciendũ: iã ſp̃us
ſcũs p̃dicabat ĩpletũ. na rex Dauid
cuius ſm hoïem ſemen ẽ xp̃s: diem
crucis dñi mille ⁊ pluſ q̃ꝫ centuꝫ an
noꝝ etate p̃ceſſit: ⁊ nihil eoꝝ ſuppli
cioꝝ q̃ ſibi memoꝛat illata pcuſſus ẽ
Sed qa p os ille loq̃bať: q carnem
paſſibilẽ ex ipſius ſtirpe erat ꝯſũptu
rus:merito ſub ipſius pſona p̃mitti
tur hiſtoꝛia crucis q ĩ ſe gerebat coꝛ
poꝛea originẽ ſaluatoꝛis. Uere.n.da
uid in xp̃o ẽ paſſus:qa vere Jeſus
Dauid carne ẽ crucifixus. Cũ ergo
oĩa q̃ in xp̃o iudaica admiſit ĩpietas
tanto ante p̃dicata ſint:ut nõ tam de
futuris q̃ꝫ de p̃ſentibꝰ ſit ſermo cõte
xtus. Quid aliud nobiſ q̃ꝫ ſempiter
naꝝ diſpõnũ dei incõmutabilis oꝛ
do referať:apud quẽ ⁊ diſcernenda
iã diiudicata:⁊ futura iam facta ſũt.
Cũ.n.⁊ q̃litates actionũ nr̃aꝝ ⁊ effe
ctus oïuꝫ uolũtatũ ſcia diuina p̃ueiat
q̃nto magis deo nota ſũt opa ſua:⁊

recte p̃lacuit q̃ſi facta recoli q̃ nõ po
terant oĩno nõ fieri:vnde ⁊ ap̃li ſpũ
dei pleni cũ inimicoꝝ xp̃i minas ſe
uitiãqꝫ pateret:ꝯcoꝛdi ad deũ voce
dixerũt: Cõuenerũt.n.viri in ciuita
te iſta aduerſũ pueꝝ tuũ Jeſũ queꝫ
vnxiſti:Herodeſ ⁊ Põtius Pilatꝰ
cũ gẽtibus ⁊ ppľis iſrľ facere q̃ ma
nus tua ⁊ ꝯſiliũ tuũ decreuerũt fieri
Nũqd iniq̃tas pſequẽtiuꝫ xp̃m ex
dei ẽ oꝛta ꝯſilio:⁊ illud facinus qȯ
oĩ maius ẽ crimine: manus diue p̃
parationis amauit. Nõ hoc plane
de ſũma iuſticia ſentiẽdũ ẽ: qa mul
tũ diuerſũ multũq̃ꝫ ꝯtrariũ ẽ id qd
in malignitate iudeoꝝ ẽ p̃cognitũ:
⁊ qȯ in xp̃i paſſione diſpoſitũ.non
in te ꝓceſſit uolũtas interficiẽdi:ũde
moꝛiẽdi:nec de vno extitit ſpũ atro
citas ſceleris ⁊ tolerãtia redẽptoꝛis
Non enim ipias furentiũ manus ĩ
miſit in ſe dominus ſed admiſit.nec
p̃ſciendo quod faciendum eſſet co
egit ut fieret:cum tamen ad hoc car
nem ſuſcepiſſet ut fieret. Deniqꝫ in
ter crucifixum ⁊ crucifigentes tam
diſpares cauſe ſunt:ut quod a chri
ſto ſuſceptum eſt:non poſſet reſolui:
quod ab illis eſt commiſſum poſſit
aboleri. Qui enim uenit peccatoꝛes
ſaluos facere: ipſis quidem interfe
ctoꝛibus ſuis miſericoꝛdiam nõ de
negauit:ſed impioꝝ malũ in bonuꝫ
credentium cõmutauit:ut mirabili
oꝛ fieret gr̃a dei non ſecundũ meri
ta hominũ:ſed ſecũdũ multitudinẽ
diuitiaꝝ ſapientie ⁊ ſcientie dei miſe
ricoꝛditer p̃parata:quando ⁊ ipſos
qui fuderant ſanguinem ſaluatoꝛiſ
reciperet unda baptiſmatis. Nam
ſicut ſcriptura que apoſtoloꝝ actus
continet:loquitur. Cum p̃dicatio
beati Petri apoſtoli iudeoꝛuꝫ coꝛ
da compũgeret:⁊ agnita impietate

ſui ſceleris dicerent: quid faciemus
viri fratres. ideꝫ apl's ait: Peniten
tiã agite: ⁊ baptizetur vnuſquiſqꝫ ve
ſtꝝ i noĩe Jeſu xp̃i in remiſſionẽ pec
catoꝝ veſtroꝝ ⁊ accipietis donũ ſpi
nũ ſpũs ſancti. vobis eſt.n. facta re
promiſſio ⁊ filijs ueſtris ⁊ omnibuſ
qui longe ſunt: quoſcunqꝫ aduoca
uerit dominus deus noſter. Mor
qꝫ addidit ſcriptura ⁊ dixit. Qui er
go receperunt ſermoneꝫ eius: bapti
zati ſunt: ⁊ appoſite ſunt in illo die
anime circiter tria milia. Quod ita
qꝫ dominus Jeſus xp̃s furorem fre
mentiũꝫ pati uoluit: in nullo auctor
eorum criminum fuit. Nec egit: ut
hec uellent: ſed ceſſit: ut poſſent. ⁊ ſic
vſus ẽ obcecate plebis inſania quo
modo ⁊ perfidia traditoriſ queꝫ ab
imanitate concepti ſceleris ⁊ benefi
cijs eſt reuocare dignatus: ⁊ uerbis
aſſumendo in diſcipulum: prouehẽ
do in apoſtolum: mouendo ſignis:
conſecrando myſterijs: ut cui nihil
beniuolentie deeſſet ad correctionẽ
nihil occaſioniſ ſupereſſet ad crimẽ
Sed tu impijſſime homo ſemẽ cha
naam ⁊ non iuda: nec iam vas ele
ctionis: ſed filius proditioniſ ⁊ mor
tis utiliora tibi diaboli incitamenta
credebas: ut facibus inflammatus
auaritie ad triginta argenteoruꝫ lu
crum inardeſceres: ⁊ quid diuitiaꝝ
amitteres: non videres. Nam ⁊ ſi
putabas credendum eſſe promiſſis
que fuit ratio: ut tantillus pecunie
modus preponeretur acceptis. Im
perabas demonijs: ⁊ medebaris i
firmis: honorabaris cum apoſtoliſ
⁊ ut finem tue cupiditatis expleres
patebant tibi furta de loculis. Sed
animum interdictorum admonituꝫ
quod minus licuit: amplius incita
uit: nec tam placuit quantitas precij

q̃ꝫ magnitudo peccati. Vnde facinꝰ
cõmercij tui non ideo deteſtandũ ẽ
quia dominũ viliter eſtimaſti. ſꝫ qꝛ
redẽptorem etiã tuũ ne tibi parcereſ
uendidiſti. Et merito tibi tua pena ẽ
cõmiſſa: quia i ſuppliciũ tuũ nemo
te ſeuior potuit iueniri. Quod igit̃ i
tpe p̃ſtito ſcd̃m ꝓpoſitũ uoluntatiſ
ſue xp̃s crucifixus ⁊ mortuꝰ ⁊ ſepul
tus ẽ: non ꝑ ꝓditionis neceſſitas
ſed nr̃e captiuitatis redemptio fuit.
Ideo.n. verbũ caro factũ ẽ ut de vte
ro virginis ſumeret natura paſſibi
lis: ut qđ in filiũ dei ꝑpetrari nõ po
tuit: in filiũ hoĩs poſſet admitti. naꝫ
lꝫ in ipſo ortu coruſcarẽt in eo ſigna
deitatis ⁊ oĩa incremẽta corporaliũ
prouectuũ diuinis eſſent plena mi
raculiſ infirmitatum tamen noſtraꝝ
ſuſceperat ueritatem: ⁊ excepta com
munione peccati nihil a ſe humane
infirmitatis excluſerat: ⁊ ut ſua no
bis inſereret: ⁊ in noſtra curaret.
Ab omnipotente enim medico du
plex nobis miſerum remedium pre
paratum eſt: cuius aliud eſt in ſacra
mento. aliud in exemplo ut per vnũ
conferantur diuina: per aliud exigã
tur humana. Quia ſicut deus iuſti
ficationis eſt auctor: ita homo deuo
tionis eſt debitor. Per hanc ergo
dilectiſſimi ſalutis noſtre ineffabilẽ
reparationem nec ſuperbie nobis
nec deſidie locus relinquatur: quia
⁊ nihil habemus niſi: quod accipi
mus: ⁊ iugiter admonemur ut dona
gratie dei nõ negligenter habeamꝰ
Juſte enim nobis inſtat precepto:
qui precurrit auxilio: ⁊ benigne in
citat ad obedientiam: qui ducit ad
gloriam: Unde merito dominꝰ ipſe
nobis factus eſt via: quia niſi per
chriſtum non itur ad chriſtum: per
ipſum autem ad ipſum tendit: qui

l

per ſemitam patientie ⁊ humilitatis
eius incedit: i quo plane itinere nec
eſtus deeſt laboris: nec nubes triſti
cie: nec ꝓcella formidinis. Ibi ſunt i
ſidie iniquoꝝ: perſecutiones infide
lium: mine potentium: contumelie
ſuperboꝝ: que dominus uirtutū ⁊
rex glorie: ideo omnia in infirmita
tis noſtre forma. ⁊ in carnis peccati
ſimilitudine percurrit: ut inter pſen
tis uite pericula non tam optandū
ſit nobis declinando iſta effugere:
q̄ꝫ tolerando ſuꝑare: Inde eſt ꝙ ca
put noſtrum dominus Jeſus chri
ſtus omnia in ſe corporis membra
transformans quod olī in pſalmo
eructauerat: id in ſupplicio crucis
ſub redēptoꝝ ſuoꝝ voce clamabat.
Deus deus meꝰ reſpice in me qua
re me dereliquiſti. Vox iſta dilectiſ
ſimi doctrina eſt: non querela. nam
cū in xp̄o dei ⁊ hois vna perſona ſit
nec ab eo potuerit relinqui a quo nō
poterat ſeparari. Pro nobis trepi
dis ⁊ infirmis interrogat: cur caro
pati metuens exaudita nō fuerit: in
ſtante enim paſſione ad ſanandum
corrigendū noſtre fragilitatis me
tū dixerat Pater ſi paſſibile eſt trā
ſeat a me calix iſte. Verūtamen non
ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Et iterū:
Pater ſi non poteſt hic calix tran
ſire non bibam illum: fiat voluntas
tua. Qui ergo in trepidatiōe euicta
iam ad paterna tranſierat volunta
tem ⁊ toto mortis terrore calcato opꝰ
ſue conſtitutionis iplebat: cū in ipo
tante victorie exaltatus triumpho
cauſam ⁊ rationem qua ſit relictus
ideſt non exauditus inquirit niſi ut
oſtendat alium eſſe illū affectū quē
ad humane formidinis excuſatio
nem recepit aliū illū quē ex eterno
placito patris pro mundi reconcilia
tione pelegit. Unde ipſa vox non ex
auditi magni eſt expoſitio ſacramē
ti quod nihil humano generi cōfer
ret: redemptoris poteſtas: ſi qd pete
bat nr̄a obtineret infirmitas. Hec
hodie dilectiſſimi ne vos ꝓlixitate
ſermonis oneremus: dicta ſufficiāt.
Cetera in quartam ſabbati differa
mus: Aderit dominus orantibꝰ no
bis ut que ſoluenda ꝓmittimus: ip
ſo largiente reddamus: Qui viuit ⁊
regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen:

De paſſione ⁊ reſurrectiōe domi
ni eiuſdem ſermo. xvii.

Sermo ꝓximus dilectiſſimi cu
ius vobis ꝓmiſſam reſtituere
cupimus portionē: in id differendi
rōne ꝓceſſerat ut de illa clamantis
ad patrem crucifixi domini uoce lo
q̄remur ne ſimplex ⁊ incurioſus au
ditor ita acciperet uerba dicētis De
us deꝰ meus quare me dereliquiſti
tanq̄ꝫ fixo Jeſu i crucis ligno pr̄ne
ab eo deitatis oīpotentia receſſiſſet
cū in tantā vnitatē dei ⁊ hois natu
ra cōuenerit ut nec ſupplicio potue
rit dirimi nec morte diſiūgi. Manē
te eni in ſua ꝓꝓetate vtraq̄ꝫ ſubſtan
tia: nec deus reliq̄t ſui corꝑis paſſio
nē: nec deū fecit caro paſſibilē. quia
diuitas q̄ erat in dolēte non erat in
dolore. Unde ſm̄ uerbi hoiſq̄ꝫ per
ſonā idē eſt qui factus ē inter oīa ⁊
ꝑ quē facta ſūt oīa. idē ē qui ipioꝝ
manibus cōprehēdit: ⁊ q nullo do
lore ſauciat. idē: poſtrēo ē q morē
ſubiit ⁊ ſempiternus eē nō deſijt ut
vtroq̄ꝫ ſignis non dubijs manifeſta
bitur quod uera ſit in chriſto humi
litas: ⁊ uera maieſtas: quia ideo ſe
humane infirmitati uirtꝰ dīna conſe
ruit ut dū deus ſua fecit eē q̄ noſtra

ſunt:noſtra faceret eſſe que ſua ſunt
Non ergo aberat a patre filius:nec
a filio:pater:⁊ illa deitas incõmuta
bilis:⁊ inſeparabilis trinitas nihil
ſui poterat a ſe habere diſcretũ:quã
uis.n.ſuſcepte inſcepte incarnatiõis
diſpenſatio ad vnigenitũ dei filium
ꝓpe pertin ret:ſic tamen pater non
abiungebat a filio: quẽadmodum
caro non diuidebatur a uerbo.ideo
ergo Jeſus uoce magna clamabat
dicẽs.Quare me dereliquiſti ut no
tũ oĩbus faceret:qꝫ optauerit eũ nõ
eruꝛ:non defendi:ſed ſeuientiũ mani
bus derelinqui.Hoc eſt ſaluatorem
mũdi fieri ⁊ omniũ hominũ redem
ptorem:non per miſeriam:ſed ꝑ mi
ſericordiam:nec amiſſione auxilij ſed
deſinitione moriẽdi. Que uero illic
nunc interceſſio ſentienda eſt:ubi ani
ma ⁊ poteſtate eſt emiſſa: ⁊ poteſta
te reuocata? Dicit enim beatus apo
ſtolus:ꝙ pater filio non pepercit: ſꝫ
pro nobis omnibus tradidit eũ. Et
iterum dicit. Quoniam chriſtus di
lexit eccleſiam:⁊ ſemet ipſum tradi
dit pro ea ut eam ſanctificaret:ut enim
non ſolum pater relinqueret ſꝫ etiã
ipſe ſe quadam ratiõe deſereret: nõ
trepida:diſceſſione. ſed uoluntaria
ceſſione:Continuit enim ſe ab ipſis
crucifixi poteſtas:⁊ ut diſpoſitione
vteretur occulta: uti uoluit uirtute
manifeſta.nam qui mortem ⁊ mor
tis auctorem ſua venerat paſſiõe de
ſtruere:quomodo peccatores ſaluos
faceret:ſi perſecutoribus repugna
ret. Judeorum igitur hoc fuit dilectiſſi
mi ut Jeſum crederent a deo relictũ
in quem tanto ſcelere ſeuire potuiſ
ſent. Qui ſacramentum mirabilius
potentie neſcientes ſacrilege clamãte
dicebant:Alios ſaluos fecit:ſeipſuꝫ
non poteſt ſaluuꝫ facere: Si rex iſra

el eſt:deſcendat nunc de cruce ⁊ cre
dimus ei. Non veſtre cecitatis arbi
trio ſtulti ſcribe ⁊ impij ſacerdotes
oſtendenda erat potentia ſaluatoris
nec ſecundum preces blaſfemantiũ
linguarum humani generis redem
ptio debebat omitti. Cum ſi deitatẽ
filij dei voluiſſetis agnoſcere: innu
mera opera eius videretis:que vos
ad eam quam fallaciter promittitis
fidem confirmare debuerunt: Si
autem ut profitemini:uerum eſt: qꝺ
alios ſaluos fecit:cur illa tot ⁊ tantã
miracula que ſub publico facta ſũt
conſpectu:in illo cordis ueſtri duri
tiam molientur. Niſi quia ita ſemꝑ
ſancto ſpiritu reſtitiſtis: ut omnia
uobis beneficia dei in pernitieꝫ ver
teretis.nam etiam ſi deſcẽderet chri
ſtus de cruce:vos tamen hereretis
in crimine. Spreta ergo ſunt vane
inſultationis obprobria ⁊ miſericor
diam domini perdita ⁊ collapſa re
parantem nulle cõtumelie nulla cõ
uitia a ſui via propoſiti remouerũt.
Offerebant enim deo pro ſalute mũ
di hoſtia ſingularis: ⁊ occiſio chri
ſti veri agni per tot ſecula predicata
promiſſionis filios in libertatem fi
dei transferebat. Confirmabatur
quoque teſtamẽtũ ⁊ chriſti ſanguie
eterni regni ſcribebantur heredes.
Jngrediebatur ſummus pontifex
ſancta ſanctorum:⁊ ad exorandum
deum immaculatus ſacerdos per
uelum ſue carnis intrabat. Deniqꝫ
adeo tunc a lege ad euangeliuꝫ:a ſy
nagoga ad eccleſiam:a multis ſacri
ficijs ad vnam hoſtiam que deus ẽ
euidens eſt facta tranſlatio: ut emit
tente ſpiritum domino uelum iſtud
myſticũ quod templi penetralia ſã
ctũqꝫ ſecretum ſuo intercludebat ob
iectu a ſũmo uſqꝫ ad imũ vi ſubita

l

ſcinderet. Quoniā ſiguras veritas
auferebat: ⁊ ſuperflui erāt necū ſub
pſentia nūciati. Adijciebatur ijs ele
mentoꝝ oium tremenda cōmotio: ⁊
auctoribus xp̄i crucis ip̄a ſe nature
pfficia ſubtrahebant. Cūq; cuſtos
ſupplicij Centurio territus iis que
viderat: diceret: Vere filius dei erat
hō iſte. impietatē tamen iudaicā mo
numentis ⁊ petris oībus duriorem
nulla proditur mitigaſſe cōpunctio
ne ut appareat paratiores ad intelli
gendū filium dei tunc fuiſſe roma
nos milites q̄ iſraeliticos ſacerdo
tes. Quia ergo iudei oium ſacroꝝ
ſanctificatione p̄uati: lucē ſibi in te
nebras ⁊ in luctum feſta verterunt.
Nos dilectiſſimi effuſam ſuper oēſ
gētes gratiā dei proclinibus corpo
ribus atq; animis adoremus: obſe
crantes miſericordē patrem ⁊ diui
tem redemptorē ut de die in diez au
xilio eius adiuti oīa huius vite pe
ricula poſſimus effugere. Adeſt eni
callidus tentator: ⁊ nihil vacuum a
ſuis relinquit inſidijs: Cui auxilian
te miſericordia que inter oīa adver
ſa p̄tenditur. fideli ſemper eſt cōſtā
tia reſiſtenduz. ut quāuis impugna
re non deſinat: neminem tamē quē
expugnet: inueniat. Proſint omni
bus dilectiſſimi religioſe celebrata
ieiunia: ⁊ continentie utilitas quam
⁊ animis ⁊ corporibus probamus
ↄgruentē: nullis corrūpant. exceſſi
bus. Que. n. ad ſobrietatem ⁊ parſi
moniā p̄tinent: ideo diligentius in
his que ſunt celebrata diebus ut de
breui ſtudio in longā conſuetudinē
mitterentur: ⁊ ſiue in operibus miſe
ricordie ſiue ī ſtudio parſimōie nul
lum a fidelibus vacuū tempus ha
beatur: quoniam utiq; in acceſſu di
erū ⁊ curſu tempoꝝ lucra debemus
facere operā: non dāna meritorum.
Pijs autem ſtudijs ⁊ religioſis ani
mis adiecit miſericordia dei ut qd̄
fecit cōcupiſci: faciat obtineri: Qui
viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ amē

## De paſſione ⁊ reſurrectiōe domi ni eiuſdem ſermo. xviii.

Magnitudo quidē dilectiſſimi
ineffabilis ſacri ita humane i
telligentie altitudinem ⁊ totius vin
cit eloquij facultatem: ut excellētiſſi
mis ingenijs ⁊ fecūdiſſimis linguiſ
ſublimior ſit triumphus dominice
paſſionis. Sed gaudendū potius
q̄ erubeſcendum eſt: quod tante ſu
peramur materie dignitate de qua
nemo humilius ſenſit q̄ qui puta
uit ſuffeciſſe que dixit: Non ego ſu
per ſuo que predicauimus. predica
mus: nec de rebuſ diuinis loquenti
carnalium aurium ſunt timenda fa
ſtidia tanquam deſpectu ſint futura
quia crebro cognoſcuntur iterata;
cum hoc maxime ad chriſtiāe fidei
pertineat ſoliditatem: ut ſecundum
Apoſtolicam doctrinam idipſum
predicemus omnes ⁊ ſimus perfe
cti in eodem ſenſu ⁊ in eadem ſcien
tia. Infidelitas quippe que omni
um eſt mater erroꝝ: in multas opi
niones que arte dicendi neceſſe ha
beat colorare diſtrahitur. Veritatis
autem teſtificatio nunq̄ a ſua luce
diſcedit: ⁊ quod aliis minus aliis
amplius micat: nō varietas facit lu
minis: ſed infirmitas contēplatiōis
cui ſecundū ſuperne illuminationiſ
auxilium etiam meo ſermōe famu
landum eſt: ut quoniā dei agricultu
ra dei edificatio eſtis: ipſe ⁊ diſpen
ſanti ⁊ accipienti tribuat ſufficienti
am: q largitionū ſuarū iuſtā exigere

nouit vſurã. Decurſo igitͬ dilectiſſi
mi textu euangelice lectionis quã d̃
gloria crucis xp̃i intento accepiſtis
auditu: oia uobis diuinoꝝ myſterio
rũ eloquia patefacta ſentire: ⁊ quicquid
ſub ꝓpheticis teſtificationibus vm
bra veteris teſtamenti uelabat: in ſa
cramento paſſionis dominice mani
feſtũ eſſe gaudere. Ideo. n. ſacrificio
rũ uarietas ⁊ purificationũ differen
tie deſtiterũt. Ideo mandatũ circun
ciſionis ciboꝝ diſcretio ociũ ſabba
ti ⁊ paſchalis agni ceſſauit occiſio:
quia lex per Moyſen data eſt: grã
autem ⁊ ueritas per Jeſum xp̃m fa
cta ẽ. Preceſſerũt figure ut ſequere
tur effectus: ⁊ effecta reꝝ nũciataꝝ fi
nita ſunt officia nunciatoꝝ: ſic recõ
ciliatione humani generis ſpata ut
ſalus que in xp̃o eſt: nullis ſeculis
ſub eadẽ iuſtificatione defuerit ⁊ ad
hoc dilationũ profecerit ratio: ut q̃
diu credita ſunt ante q̃ꝫ fierent incõ
tanter honorarentͬ. Nam cum uirtꝰ
fidei in ijs que uiſui non ſubiacent:
conſtituta ſit: indulgentius nobiſcũ
egit doctrina celeſtis: quos in hec
mundi tempora diſtulit ad itelligẽ
tie facultatem: ut multo pluribus q̃ꝫ
priores ⁊ uatibus urgeremur ⁊ teſti
bus. Quod ergo nobis de paſſiõe
domini Jeſu chriſti ſacra ⁊ digito
dei ſcripta euangelia ꝓſtantur: ſi
ne nubilo heſitationis accipite: ⁊ re
rum geſtaꝝ ordinem tam hebetore
manifeſtũ: quam ſi oia corporeo ⁊ vi
ſu attingeretis ⁊ tactu. Uera in xp̃o
deitas ⁊ uera credatur humanitas
Ipſe eſt caro qui uerbũ ⁊ ſicut vniꝰ
cum patre ſubſtantie: ita vnius cuꝫ
matre nature. Non geminatus per
ſona: nõ confuſus eſſentia: ſed vtra
qꝫ ſic utens: ut ⁊ uirtus glorificare
poſſet humilitatem. ⁊ infirmitas nõ
ualeret obſcurare uirtutẽ. Cõꝓhẽdi
ſe a perſecutoribus patitͬ: qui conti
net mundũ ⁊ eoꝝ manibus nectitur
quoꝝ corde nõ capitur. Juſticia nõ
reſiſtit iniuſtis. ⁊ cedit ueritas teſti
monijs falſitatis: ut manens in for
ma dei formã impleret ſerui: ⁊ verita
tem corporee natiuitatis confirma
ret ſeuitia corporee paſſionis. Sed
hanc unigenito dei ſubire ⁊ perpeti
non conditio neceſſitatis ſed miſeri
cordie rõ fuit ut de peccato damna
ret peccatũ: ⁊ diaboli opus de ope
re diaboli ſolueretͬ. Inimicus enim
humani generis mortificate in ipſa
origine vniuerſitati letale vulnus in
tulerat: nec poterat declinare iuſ ſer
uũ dediticij ſeminis captiua ꝓge
nies. Unde cum in tot generationi
bus mortali ſibi lege ſubiectis vnũ
uideret inter hominẽ filios: cuiꝰ vir
tutẽ ſuper oẽs totius tẽporis mira
retur excellere: ſecuꝝ ſe forte credidit
de ꝑpetuitate ſui iuris: ſine nulla iu
ſticie ſue materia ſeue potuiſſet ſupe
rare vim mortis: famulis itaqꝫ ſuis
⁊ ſtipendiarijs incitatis in ꝑiudiciũ
ſuũ ſeuijt. ⁊ dũ putat aliquid ſibi de
bere quem potuiſſet occidere: nõ vi
dit libertatẽ ſingularis inocentie: ſi
militudinẽ perſequẽdo nature. Nõ
autẽ errabat in genere: ſed falleba
tur in crimine. Adã. n. ꝓmus ⁊ Adã
ſecundus vnũ carne nõ opere: ⁊ in il
lo omnes moriũtͬ: in iſto aũt viuifi
cabũtur. Ille per ſuperbie cupidita
tem iter fecit ad miſeriã. Unde ipſe
dicit: Ego ſũ via ueritas ⁊ vita. Uia
ſcilicet in forma cõuerſationis iuſte
Ueritas in expectatiõe rei certe. Ui
ta in ꝑceptiõe felicitatis eterne. Hoc
magne pietatis ſacr̃m dilectiſſimi ſi
cut iudaica ipietas ita diabolica ſu
ꝑbia neſciebat. Si. n. cognouiſſent

nunq̃ dominũ glorie crucifixiſſent.
Sed quia hoſtẽ humani generiſ cõ
ſilium latebat miſericordie dei: ⁊ op
poſito carnis velamine deus i xp̃o
mundũ recõcilians tegebat: pſtitit
in cũ furere in quo nihil ſuũ poterat
inuenire. Nam ⁊ malignitati eius
hoc magis potuiſſet prodeſſe ſi par
ceret ei per quẽ omniũ ſoluẽda erat
captiuitas: ⁊ reparanda libertas.
Sed lucẽ tenebre non cõprehende
rũt: nec mendax cecitatis ſapientiaꝫ
ueritatis potuit inſpicere. Tenuit
itaq̃ꝫ diſpoſita manſuetudo patien
tiã: ⁊ cohibita famulantiũ ſibi ange
licaꝝ uirtute legionũ hauſit calicem
doloris ⁊ mortis: totũq̃ꝫ ſuppliciuꝫ
tranſtulit in triumphũ. Uicti ſũt er
rores: ſubacte ſunt poteſtates: acce
pit nouũ mundus exordiũ: ut dãna
ta generatio nõ obeſſet: quibus ſal
uandis regeneratio ſubueniret. tran
ſierũt uetera: ⁊ ecce facta ſũt noua:
ut uniuerſoꝝ in xp̃o credentiũ ⁊ in
ſcõ ſpiritu renatoꝝ per ipſum ⁊ cuꝫ
ipſo vita vna eẽt paſſiõis ſocietas ⁊
ſurrectionis eternitas: dicente apo
ſtolo: Mortui eni eſtis ⁊ vita ueſtra
abſcondita eſt cũ xp̃o in deo. Cum
autem xp̃us apparuerit vita ueſtra
tunc ⁊ vos apparebitis cum chriſto
in gloria. In hac igit̃ ſpe dilectiſſi
mi conſtituti oẽs diaboli cauete uer
ſutias: qui non ſolũ per carnis con
cupiſcentias ⁊ per corporeas tantũ
inuidiatur illecebras: ſed inter ipſa
quoq̃ꝫ ſemina fidei ſpargens zizaia
falſitatũ ueritatis ſtudet uiolare cul
turam Ut quod non potuerit corrũ
pere malis actibus impiis ſubuer
tat erroribus. Fugite ergo mũdane
argumenta doctrine: ⁊ viperea he
reticoꝝ uirtate colloquia: nihil vobiſ
cõmune ſit cuꝫ eis: qui catholice ad

uerſantes fidei ſolo ſunt nomĩe xp̃i
ani. Non enim templũ ſpiritus dei
nec mẽbra ſunt xp̃i: ſed falſis opini
onibus implicati tot ſpecies habent
diaboli: quot ſimulacra mendaciũ:
a quibus malis per dominũ noſtꝝ
Jeſum xp̃m: qui ⁊ via ⁊ veritas ⁊ vi
ta eſt: liberati oẽs uite iſtius tentatio
nes ⁊ pſia cum fidei exultatione to
leremus: Si enim cõpatimur: ⁊ con
regnabimus: Quod partium nõ eis
tantũ paratum eſt: qui pro nomine
domini impiorum ſeuitia ſunt pem
pti: quoniam vniuerſitas deo ſerui
entium deoq̃ꝫ uiuentium ſicut i chri
ſto eſt crucifixa: ita ẽ in xp̃o coronan
da: illis quidem in omni gloria p̃cel
lentibus qui terribiles mortes ⁊ ſe
ua tormẽta uſq̃ꝫ ad exhalatione ſpi
ritus tolerando superauerunt. Sed
etiam in his ſubſequẽtibus: qui aua
ritie cupiditatem: ſuperbie elationẽ
deſideriaq̃ꝫ luxurie: carnis ſue mor
tificatione uicerunt. Unde merito
apoſtolus ait. Quod oẽs qui volũt
viuere in chriſto: perſecutionem pa
tiuntur. Cuius vtiq̃ꝫ nõ eſt extraneꝰ
qui non eſt pietatis alienus. Paſ
chalem enim feſtiuitatem ſolẽniter
agit qui non in fermẽto ueteris ma
litie ſed in azimis ſinceritatis ⁊ ve
ritatis operatur. Nec in Adam pri
mo ſed in Adam ſecundo viuit: mẽ
brum ſcilicet factuꝫ corporis chriſti:
qui cum eſſet in forma dei: forma ſer
ui dignatus eſt fieri: ut in vno medi
atore dei ⁊ hominum homine Jeſu
chriſto ⁊ plenitudo maieſtatis diui
ne ⁊ veritas nature eſſet humane:
Quam niſi uerbi diuinitas in ſue p
ſone reciperet vnitatem: ne regenera
tio eſſet in aqua baptiſmatis: nec re
demptio in ſanguine paſſionis. Sꝫ
quia in ſacramento incarnationis

chriſti nihil factum nihil accepimuſ
figurarum:non fruſtra nos ⁊ cum
moriente mortuos:⁊ cum reſurgēte
credimus ſuſcitatos:manente ipſo ī
nobis qui operatur omnia in omni
bus viuens cum patre ⁊ ſancto ſpi
ritu regnanſqꝫ in ſecula ſeculorum
Amen.

De paſſione ⁊ reſurrectiōe domi
ni eiuſdem ſermo.xix.

Sacram dilectiſſimi dominice
paſſionis hiſtoriam euangeli
ca ut moris eſt narratione decurſaꝫ
ita omnium ueſtrum arbitror inhe
ſiſſe pectoribus:ut unicuiqꝫ audien
tium ipſa lectio quedam facta ſit vi
ſio. Habet enim hanc potentiam fi
des uera ut:ab his mente non deſit
quibus corporalis preſentia adeſſe
non potuit:⁊ ſiue in preteritū redeat
ſiue in futurum ſe cor credentis extē
dat:nullas ſentiat moras tēporis co
gnitio ueritatis. Adeſt ergo ſenſibꝰ
noſtris imago reꝝ pro noſtra ſalute
geſtaꝝ. Et quod tūc diſcipuloꝝ pſtri
xit animos noſtros quoque tangit
affectus:non quod aut triſticia dep̄
mamur:aut ſeuitia furentium iudeo
rum terreamur.cum etiā eos quos
illius tempeſtatis magnitudo con
cuſſit ad inuictam conſtantiaꝫ reſur
rectio domini aſcenſioqꝫ prouexit.
Sed quia cum in cogitationem ue
nit quales tunc hieruſalem populi
⁊ quales fuerit ſacerdotes:magno
accipiamus cum tremore mentium
tantum ſacinus impioꝝ. Quamuis
enim ad ſalutem humani generiſ p
tinet paſſio ſaluatoris:⁊ eterne mor
tiſ uincula temporali ſint domini di
rupta morte. Aliud tamen crucifixi
patientia:aliud crucifigentium egit
inſania:nec ad eoſdem reruꝫ exitus
miſericordia ⁊ ira tendebat:cuꝫ per
eiuſdem ſanguinis effuſionem chri
ſtus ſoluerit mundi captiuitateꝫ:iu
dei interfecerunt omnium redēpto
rem. Obdurauit enim carnalem iſ
rael malignitas ſua:⁊ nihil eis legiſ
teſtificatio nihil miniſteriorum ima
gines nihil prophetaꝝ oracula pro
fuerunt:cuꝫ paſcha domini tot ſecu
lis celebratū in eo Joannes doceret
impletum:de quo publica pteſtati
one dicebat:Ecce agnus dei:ecce q
tollit peccata mūdi. Repugnat iniq
tas iuſticie:cecitas luci:mendacium
ueritati. Sed de ſeuitia obluctantiū
de ſcelere crudelium obtinuit ieſus
eterne diſpoſitiōis effectum:⁊ ita hu
mano generi ſua morte conſuluit ut
ſacramentum ſalutis etiam ipſis p
ſecutoribus non negaret. Qui vene
rat vniuerſis credentibꝰ omnia pec
cata dimittere a generali indulgen
tia:nec iudaicum uoluit crimē exclu
dere. Quorum itaqꝫ perfidiam dete
ſtamur:eorūndem fidem ſi conuer
tantur:amplectimur. Et imitantes
miſericordiam domini qui pro eis
a quibus erat crucifixus:orabat.
Nos quoqꝫ cum beato apoſtolo
iungimus preces. Et ut ille populuſ
miſericordiam cōſequatur:oramus
⁊ optamus:ob cuius oſtenſionem
gratiam reconciliationis accepimꝰ
Quoniam ſicut ait magiſter gentiū
Concluſit deus omnia in credulita
te:ut omnium miſereatur. Quid au
tem illud fuit:quod etiam iudeis in
tellectum abſtulit:⁊ ſapientium mū
di corda turbauit niſi cum rex filij
dei que philoſophiam euaneſcere
prudentium:⁊ iſraeliticam fecit cali
gare doctrinam. Omnem nanque
ſenſum humane mentiſ exceſſit diui

altitudo conſilij. Complacuit deo ꝑ ſtulticiam predicationis ſaluos facere credentes: ut mirabilior fieret conſtantia fidei ex difficultate credēdi. Inconſequens enim ⁊ irrationabile uidebat̃ recipere animo quod creator eni omnium naturarum in ſubſtantia veri hominis uirgo intemerata peperiſſet: quod equalis patri filius dei qui implet omnia ⁊ cōtinet uniuerſa: furentium manibus comprehēdi: iniquorum iudicio cōdemnari: ⁊ poſt dedecus illuſionuꝫ cruci ſe permiſiſſet affigi. Sed ī his omnibus ſimul ſūt ⁊ humilitas hominis: ⁊ celſitudo deitatis. Nec miſericordie ratio maieſtatem miſerātis obſcurat: quia de ineffabili potētia factum eſt: ut cum homo verus eſt ī deo inuiolabili: ⁊ deus verus eſt in carne paſſibili: conferretur homini gloria per cōtumeliam: incorruptio per ſupplicium: vita per mortē. Niſi enim uerbum caro fieret ⁊ tam ſolida conſiſteret vnitas in utraqꝫ natura ut a ſuſcipiente ſuſceptam nec ipſ breue tpſ abiūgeret: nūqꝫ valerꝫ ad eternitatem redire mortalitas. Sed affuit nobis in chriſto ſingulare ṗſidium: ut in natura paſſibili mortis conditio non maneret quam impaſſibilis eſſentia recepiſſet: ⁊ per id qđ nō poterat mori: poſſit id quod mortuum eſt: ſuſcitari. Huic ſacramento dilectiſſimi ut inſeparabiliter cōgruamus: magna nobis ⁊ animi corporis intentione nitendum eſt: ut cum grauiſſimi ſit periculi feſtuꝫ paſchale negligere: periculoſius ſit eccleſiaſticis quidem conuentibus iungi: ſꝫ in dominice paſſionis conſortio nō haberi. Nam dicēte domino: Qui non accipit crucem ſuam ⁊ ſequitur me: non eſt me dignus. Et dicente apoſtolo. Si compatimur: ⁊ conregnabimus. Quis vere chriſtum paſſum mortuum ⁊ reſuſcitatum colit: niſi qui cum ipſo patitur: moritur: ⁊ reſurgit. Et hec quidem in omnibꝰ eccleſie filijs ipſo iam regeneratiōis ſunt inchoata miſterio: ubi peccati īteritus uita eſt renaſcentis: ⁊ triduanā domini mortē imitat̃ trina dimerſio. Ut dimoto quodā aggere ſepulture quos veteres ſuſcepit ſinus fōtis: eoſdem nouos edat vnda baptiſmatis. Sed implendum eſt nihilominus opere quod celebratum eſt ſacramento: ⁊ natis de ſpiritu ſancto quantumcunqꝫ ſupereſt mundani temporis: non ſine crucis ſuſceptiōe ducendum eſt. Quamuis enim forti ⁊ crudeli tyranno per potentiam crucis chriſti uaſa antique depredationis erepta ſint: ⁊ dominatio principis mundi a redemptore ſit electa corporibus. Inſidiari tamen etiam iuſtificatis malignitas perſeuerat: ⁊ multis modis eos in quibus nō regnat: impugnat: ut ſi quas animas negligentes imprudenteſqꝫ reppererit: ſeuioribus eas laqueis rurſum īnectat: ⁊ a paradiſo eccleſie raptas in conſortium ſue damnationis īducat. Unde cum quiſpiam obſeruantie chriſtiane limitem ſe ſentit excedere: ⁊ in id cupiditates ſuas tendere: ꝙ eum a recto itinere faciat declinare: recurrat ad crucem domini: ⁊ ligno uite motus noxie uolūtatis affigat: ac uoce ꝓphetica clamet ⁊ dicat Confige clauis timoris tui carnes meas: ⁊ a iudicijs enim tuis timui. Quid autem eſt clauis timoris dei carnes habere confixas: niſi corporeos ſenſuſ ab illecebra illiciti deſiderij ſub metu diuini continere iudicij ut qui reſiſtit peccato ⁊ ꝯcupiſcētiaſ

ſuas ne quid morte dignum operetur
interficit: audeat cum apoſtolo dice
re. Mihi autem abſit gloriari niſi in
cruce domini noſtri Jeſu chriſti. Et
ad id dirigat omnem viam ſuã: ubi
ſcit humanam ſaluatam eſſe naturã
Paſſio enim domini uſq3 ad finez
producitur mundi: ⁊ ſicut in ſanctis
ſuis ipſe honoratur: ipſe diligitur: ⁊
in pauperibus ipſe paſcitur: ipſe ue
ſtitur. Jta in omnibus qui pro iuſti
cia aduerſa tolerant: ipſe compatitur
niſi forte eſtimãdum eſt: multiplica
ta per orbem fide: ⁊ rareſcente impi
orum numero: omnes perſecutiones ⁊
omnia que aduerſus beatos marty
res ſeuierunt: finita eſſe certamina:
tanquã ſuſcipiende crucis illis tan
tum neceſſitas incubuerit: quibus ad
expugnandam chriſti dilectionem
atrociſſima ſunt illata ſupplicia. Sed
aliud ſeuientium deo pietas experi
gitate. Nũqꝫ eni ab omnipotentia
patris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti ẽ diſcreta
maieſtas:⁊ quicquid in diſpoſitione
reꝝ omniũ agit diuina moderatio ex
totius venit prouidentia trinitatis.
Una ẽ ibi benignitatis miſericordie
vna cenſura iuſticie:nec aliquid eſt ĩ
actione diuiſum:ubi nihil eſt in uo
lũtate diuerſum. Quem ergo illumi
nat pater:illuminat filius:illumiat
ſpũs ſanctus. Cũqꝫ alia ſit perſona
miſſi:alia mittentis:alia ꝓmittentis
ſimul nobis ⁊ vnitas manifeſtatur:
⁊ trinitas:ut eſſentia habens equali
tatem:⁊ non recipiens ſolitudinem:
⁊ eiuſdem ſubſtantie:⁊ non eiuſdem
intelligatur eſſe pſone. Quod ergo
ſalua compatione inſeparabilis dei
tatis quedã pater quedam filius q̃
dam ꝓpͤe ſpũs ſanctus exequiᷣ no
ſtre redemptionis diſpoſitio noſtre
ſalutis eſt ratio. Si enim homo ad
imaginem ⁊ ſimilitudinẽ dei factus
in ſue honore nature manſiſſet:nec
diabolica fraude deceptus a lege ſi
bi poſita per concupiſcentias deuia
ſſet creator mundi:creatura nõ fieret
neqꝫ aut ſempiternus temporalitatẽ
ſubiret:aut equalis deo patri filius
deus formam ſerui ⁊ ſimilitudinem
carnis peccati aſſumeret. Quia vero
inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ
terraꝝ:⁊ aliter ſolui captiuitas hũa
na non potuit:niſi cãm noſtram ipſe
ſuſciperet:qui ſine maieſtatis ſue dã
no ⁊ verus homo fieret:⁊ ſolus con
tagiũ nõ haberet:diuiſi ſibi op⁹ no
ſtre reparationis miſericordia trini
tatis:ut pater ꝓpitiareᷣ:filius ꝓpi
tiaret:ſpũs ſanctus igniret. Oporte
bat.n.ut aliqd etiam ſaluandi pro ſe
agerent:⁊ conuerſis ad redemptorẽ
cordibus ab nimia dãnatione diſce
derent. Quoniam ſicut apoſtol⁹ ait:
Miſit deus ſpiritum filij ſui ĩ corda
noſtra:in quo clamãs Abba pater.
Ubi autem ſpirit⁹ domini:ibi liber
tas. Et nemo põt dicere dominum
Jeſum niſi in ſpũ ſancto. Si ergo du
ce gratia dilectiſſimi fideliter ſapien
terqꝫ noſcamus quid patri quid filio
quid ſpiritui ſancto in reparatõe no
ſtra ꝓpriũ quidue cõmune ſit:ea q̃
pro nobis humiliter ⁊ corporaliter
geſta ſunt. Ita procul dubio ſuſcipie
mus:ut nihil indignũ de vna atqꝫ

eadem trinitatis gloria ſentiamus
Quāuiſ eniʒ nulla mens ad cogitan
dum de deo: nulla ad loquendum
lingua ſufficiat tamen quarumcunqʒ
illud eſt: quod humano intellectu de
eſſentia paterne deitatis attingitur
niſi vnū atqʒ idem eſt: cū vel de vni
genito eiꝰ vel de ſpū ſancto cogitaꝛ
nō p̄ie ſapitur: ſed nimis carnaliter
caligatur. Et ipſum quod de patre
congruenter ſentiri videbaꝛ amittiꝛ
quia a tota trinitate receditur: ſi i ea
unitas non tenetur. Nulla autem
ratione uere eſt vnum: quod aliqua
eſt inequalitate diuerſum. Cum igiꝛ
ad confitendum patrem ⁊ filium ⁊
ſpiritum ſanctum aciem mētis intē
dimus: procul ab animo formas vi
ſibilium rerum ⁊ etates temporaliū
naturarum procul corpora locoruʒ
⁊ loca corporuʒ repellamꝰ. Diſcedat
a corde quod ſpatio extēdiꝛ: quod
fine concluditur. Et quicquid nec
ſemper: ubiqʒ nec totuʒ ē. Cogitatio
de deitate trinitatis cōcepta nihil p
diſtantiaʒ intelligat: nihil p gradus
querat. At ſi quid de deo dignū ſen
ſerit: nulli hoc ibi audet negare per
ſone tanqʒ honorificentius patri a
ſcribat: qd̄ filio ſpirituiqʒ nō tribuat
Non eſt pietas unigenito preferre
genitorē: filii cōtumelia: patris eſt in
iuria: quod uni demitur: utriqʒ ſub
trahiꝛ. Nam cū illis ⁊ ſempiternitas
ſit cōmunis: ⁊ deitas: nec omnipotēſ
pater nec incommutabilis eſtimatur
ſi aut minorem ſe genuit: aut quē nō
habendo profecit. Dicit quidem dn̄s
Jeſus diſcipulis ſuis: ſicut euāgelica
lectione recitatum eſt. Si diligeretis
me gauderetis utiqʒ: quia ad patreʒ
uado: quia pater maior me eſt. Sed
hec ille aures que ſepius audierunt
ego ⁊ pater unum ſumus: ⁊ qui me

uidet: uidet ⁊ patrem: ſine deitatiſ acci
piunt differētia: ne de illa hoc eſſētia
intelligunt: quia ſempiternaʒ cū patre
⁊ eiuſdeʒ nature nouerūt eſſe firma
ratione. Commendatur etiam ſan
ctis apoſtolis in incarnatione uerbi
dominici humana prouectio: ⁊ qui
denunciato ſibi domini turbabanꝛ
abſceſſu: ad eterna gaudia honoris
ſui incitanꝛ augmento. Si diligeretis
me inquit: gauderetis utique: quia
uado ad patrem: hoc eſt ſi perfecta
ſcientia uideretis: quid uobis glorie
confertur: per hoc qd̄ ex deo patre
genitus: etiaʒ ex homine matre ſuʒ
natus: quod dominus eternorum
unus uolui eſſe mortalium: quod ui
ſibilem me inuiſibilis prebui: quod
formā ſerui in forma dei ſempiternꝰ
accepi: gauderetis: quia uado ad pa
trem. Uobis enim preſtetur hec aſ
cenſio: ⁊ ſuper omnes celoſ ad patriſ
dexterā collocāda ueſtra humilitas
eleuatur. Ego autem qui hoc ſum
cum patre: quod pater eſt: indiuiduꝰ
cum genitore permaneo: ⁊ ſic ab illo
ad uos ueniens non recedo: quem
admoduʒ ⁊ uos ad illuʒ rediens nō
reliquo. Gaudete ergo: quia uado
ad patrem: quia pater maior me eſt
Uniui enim uos mihi: ⁊ factus ſuʒ
filius hominis: ut uos filij dei eſſe
poſſitis. Unde licet unus in utroque
ſim: tamen quo uobis conformor
patre ſum minor. Quo autem a pa
tre non diuidor: etiam meipſo ſum
maior. Natura itaque que minor eſt
patre: uadit ad patrem: vt ibi ſit caro
vbi ſemper eſt verbuʒ: ⁊ vna eccleſie
catholice fides quem ſecundum hu
manitatem non diffitetur minorem
ſecundum deitatem credat equalem
Contemnatur igiꝛ dilectiſſimi vana
⁊ ceca uerſuta heretice impietatis

que ſibi huius ſcientie eua iterpreta
tione blandit᷑: dicēte domino. Om
nia que habet pater: mea ſunt: non
intelligat ſe patri demere: quicquid
filio audet denegare. Et ita ī iis que
humana ſunt: deſipit: ut putet: quod
ideo unigenito paterna defuerint: q̄a
noſtra ſuſcepit: non minuit in deo
miſericordia poteſtatem: nec delata
reconciliatione creature ſempiterne
defectus eſt glorie. Que habet pater
habet ⁊ fili⁹ habet ⁊ ſpiritus ſanct⁹:
quia tota ſimul trinitas ē unus de⁹.
Hanc autem fidem terrena ſapiētia
non repperit: nec opinio humana p
ſuaſit. Sed ipſe unigenitus docuit
ipſeſpiritus ſanctus inſtituit: d̄ quo
nihil eſt aliter q̄ de patre ⁊ filio ſen
tiendum: quia licet non ſit pater nō
ſit filius: non tamen eſt a patre filio
que diuiſum: ⁊ ſicut propriam habet
in trinitate perſonam: ita unam hēt
in patris ⁊ filij deitatem ſubſtātiam
omnia implentem: omnia cōtinētē
⁊ cum patre ⁊ filio uniuerſa mode
rantem. Per infinita ſecula ſeculo
rum Amen.

De Pentecoſte eiuſdem Sermo
.v. Et de eius Ieiunio .i.

Hodiernam dilectiſſimi feſtiuita
tem de deſcenſione ſpiritus ſcī
cōſecratā ſequitur: ut noſtis: ſolēne
ieiuniū: quod animis corporibus
que curandis ſalubriter inſtitutum
deuota nobis eſt obſeruantia celé
brandum. Repletis nāq; apoſtolis
uirtute promiſſa: ⁊ in corda eorum
ſpiritum ueritatis ingreſſo: non am
bigim⁹ īter cetera celeſtis ſacramēta
doctrine hanc ſpiritalis continentie
diſciplinam de paraclīti magiſterio
primitus conceptā: ut ſanctificate ie
iunio mentes conferendis ſibi cha
riſmatibus fierent aptiores. Aderat
quippe Chriſti diſcipulis protectio
ōnipotentis auxilij ⁊ principib⁹ naſ
cētis eccleſie tota patris filijq; diui
nitas in preſentia ſancti ſpiritus pre
ſidebat. Sed contra inſtantes ipē⁹
perſequētiū cōtra minaces fremit⁹
impiorum non corporis fortitudine
nec carnis erat ſaturitate certandū
cum hoc maxime hominis iteriora
corrumpat: quod exteriora delectat
⁊ tanto fiat rationalis anima purga
tior: quanto fuerit ſubſtantia carnis
afflictior. Hic itaq; doctores qui ex
emplis ⁊ traditionibus ſuis omnes
eccleſie filios imbuerunt tyrociniū
militie Chriſtiane ſanctis ieiunijs
inchoarunt: ut contra ſpiritales ne
quitias pugnaturi abſtinentie arma
caperent quibus incentiua uitiorū
trūcarent. Inuiſibiles enī aduerſarij
⁊ incorporales hoſtes nō erunt cōtra
nos ualidi: ſi nullis carnalibus deſi
derijs fuerimus immerſi. Cupiditaſ
quidem nocēdi itemptatore ꝑpetua
eſt: ſed inermis atque inefficax erit ſi
nihil in nobiſ ūde cōtra nos pugnet
inuenerit. Quis autem hac fragili
carne circundatus ⁊ in iſto mortis
corpore conſtitut⁹ etiam qui multum
ualideque profecerit: ita iam de ſua
ſalute ſecur⁹ ſit: ut ab oī ſe illecebrarū
periculo credat alienum donet licet
ſanctis ſuis quotidianā grā diuina
uictoriam: nō aufert tamē dimicādi
materiam. Quia ⁊ hoc ipſum de mi
ſericordia protegentis eſt: qui natu
re mutabili ne de confecto prelio ſu
perbiret: ſemper uoluit ſupereſſe q̄d
uinceret. Igitur poſt ſancte dies le
ticie quos in honorē domini a mor
tuis reſurgentis ac deinde in celos
aſcendentis exegimus. Poſtq; per

ceptum ſanctis ſpiritus donu ſalubriter et neceſſarie cōſuetudo ē ordinata ieiunij: ut ſi quid forte inter ipſa feſtiuitatū gaudia negligēs libertas et licētia inordinata preſumpſit: hoc religioſe abſtinentie cenſura caſtiget Que ob hoc quoqꝫ ſtudioſius exequenda eſt: ut illa in nobis que hac die eccleſie diuinitus ſunt collata ꝑmaneant. Templum eni facti ſpiritus ſancti et maiore quā unquam copia diui fluminis irrigati nullis debem⁹ cōcupiſcentijs uici: nullis uitijs poſſideri: ut uirtutis hitaculum nulla ſit contaminatione pollutum. Quod utique regente atqꝫ adiuuante dño ōnibus obtinere poſſibile eſt: ſi per ieiunij purificacioné ac ꝑ miſericordie opera ſtudeamus et peccatorum ſordib⁹ liberari et charitatis fructib⁹ eē fecundi. Quicquid eni in cibos pauperū in curatōes debiliū i ꝓcia captiuoꝝ et in quelibet opera pietatis impenditur: nō minuitur: ſed augetur: nec unqꝫ apud deum perire poterit quod fidelis benignitas erogauit dū qō cunque tribuit ad ſubſidiuz id ſibi recondit ad premium. Beati enim miſericordes: quoniā ipſorum miſerebitur deus: neque delictorum memoria erit: ubi teſtimoniū pietatis affuerit. Quarta igitur et ſexta feria ieiunemus. Sabbato aut apud beatiſſimū Petrum apoſtolū uigilias celebremus: cuius nos oratonibus et a ſpiritalibus inimicis et a corporalibus hoſtibus cōfidimus liberari per dominuz noſtrum Jeſuz chriſtū filium tuum qui tecuz uiuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum Amen

De Jeiunio pentecoſtes eiuſdem ſermo ſecūdus:

Dubitandū nō eſt dilectiſſimi oēm obſeruantiā Chriſtianā eruditiōis eē diuine: et quicqd ab eccleſia i cōſuetudinē ē deuotōis receptum: de traditione Apoſtolica et de ſancti ſpiritus prodire doctrina que nunc quoqꝫ cordib⁹ fideliū ſuis ꝑſidet iſtitutis: ut ea oēs et obediēter cuſtodiāt et ſapienter intelligāt. Naz cū in die pentecoſtes que a paſcha domini quinquageſimū celebram⁹ Promiſſus a domino ſpiritus ſcūs expectantiuz mentes maiori qꝫ unqꝫ copia et clariore ꝑſētia ſue maieſtatis impleuerit: manifeſtiſſime patet inter cetera dei munera ieiuniorū quoqꝫ gratiam que hodiernam feſtiuitatē īdiuiſa ſubſequitꝰ: tunc fuiſſe donatā ut ſicut fuit concupiſcentia initium peccatorum: ita ſit continentia origo uirtutum. In exercendo aūt hoc dei mūere nō ideo ſegniores eē debem⁹ quia et iudei et heretici ſepe ab edēdi libertate ſe continent et apud ipſos paganos ſunt quedam noua ieiunia Aliud enim agit ſub ueritate ratio Aliud ſub falſitate deceptio. Apud nos fides etiaz ſanctificat māducātē apud illos īfidelitas polluit ieiunātez. Unde qa extra eccleſiā catholicā nihil eſt integꝝ: nihil caſtuz: dicente Apoſtolo. Omne qd̄ nō eſt ex fide peccatū ē: cū diuiſis ab unitate corpis Chriſti nulla ſimilitudine comparamur: nulla communione miſcemur Quod utique nobis ſaluberrimū maximūqꝫ ieiuniū ē. Ad uirtutē eni continentie nihil prius ꝑtinet: qꝫ ab erroribꝰ abſtinere: qa tunc ꝑemū bene ambulatꝰ: cū ꝑ uiā ueritatis incedit Nā qa anguſta et ardua declināte ꝑcliuia et lata ſectando cito i ꝑditōe deueniunt: meli⁹ ē gradus lentior ꝑ iter rectū: qꝫ uelocitas feſtina per

deuium. Agnoſcat ergo catholicus
chriſtianas fructus ieiunij ſui: quod
etiam inter maximas largitates ſte
riliſſimū erit: niſi de ſancti ſpiritus ir
rigatione ꝓceſſerit. Cum enim dicat
apoſtolus nullas ſibi uirtutes ſine
charitate prodeſſe: idemq̨ dicat cha
ritatem dei diffuſam eſſe in cordibus
noſtris per ſpiritum ſanctū qui da
tus eſt nobis. Cauendum eſt ne bo
na que facere ſine bonitate non poſ
ſumus: elatione perdamus: nā om
ni ſe merito laude diſpoliat qui de
ſtudijs induſtrie ſue in ſe magis q̃
in domino gloriatur. Cum beatus
Dauid doceat in ſanctoꝝ operibus
deum eſſe laudandum dicens. Mi
rabilis deus in ſanctis ſuis: deus iſ
rael ipſe dabit uirtutem ⁊ fortitudi
nem plebi ſue: ⁊ iteꝝ: Domine in lu
mine vultus tui ambulabunt: ⁊ ī no
mine tuo exultabunt tota die: ⁊ in iu
ſticia tua exaltabunt᷑ quoniā gloria
uirtutis eoꝝ tu es. Et iō dilectiſſimi
ſecundū eruditionē ſpiritus ſancti
per quem eccleſie dei omnium virtu
tum collata ſunt dona: ſuſcipiamus
alacri fide ſolēne ieiunium ut ī man
datis que poterimus efficere. cōtine
amus nos ab inflatione iactātie ad
dei gloriam cuncta referentes qui ⁊
bonaꝝ eſt inſpirator uoluntatum et
bonaꝝ eſt auctor actionum: dicente
domino: Sic luceat lux ueſtra corā
hominibus ut videant opera ueſtra
bona ⁊ magnificent patrem ueſtrū
qui in celis eſt: Qui viuit ⁊ regnat ꝑ
omnia ſecula ſeculoꝝ Amen.

De ieiunio Pentecoſtes eiuſdē
ſermo tertius.

Anctaꝝ ſolennitatū dilectiſſi
mi ordine celebrato ⁊ ſpiritalis
leticie deuotione completa oportet
nos ad ſalubritatem recurrere parci
tatis: remediumq̨ ieiunij. ⁊ exercen
dis mentibus ⁊ caſtigandis adhibe
re corporibus: ut quia non ſatis de
hoc ⁊ diuina monita ⁊ ꝓpria experi
menta docuerunt. ꝓmum per ſacra
rum dierum recurſum diuine pieta
ti gratias referamus: cum ſanctā cō
tinentie delitias appetentes aliquan
tulum nobis d̃ terrenoꝝ ciboꝝ abū
dantia ſubtrahamus: ita ut profici
at elemoſynis quod non impendit᷑
menſis. Tunc enim demum ad ani
me curationem proficit medicina ie
iunij cum abſtinentia ieiunantis eſu
riem reficit indigētis. Quia ergo ſci
mus apud miſericordiā deū ieiunijſ
ꝓcellere elemoſyne largitatem: dicē
te ipſo domino: Date elemoſynam: ⁊
oīa mūda ſunt uobis. Si animas no
ſtras a peccatoꝝ ſordibus cupimus
emūdari: elemoſynam pauperibus
non negemus: ut in die retributiōis
ad ꝓmerendam dei miſericordiam
miſericordie operibus adiuuemur.
Per chriſtum dominū noſtꝝ Amē

De ieiunio Pentecoſtes eiuſdē
ſermo quartus.

Inter omnia dilectiſſimi apo
ſtolice inſtituta doctrine que ex
diuine inſtitutionis fonte manarūt
dubium non eſt influentie in eccleſie
ꝓncipes ſpiritu ſancto hanc primū
ab eis obſeruantiam fuiſſe cōceptā
ut ſancti obſeruatiōe ieiunij omniū
virtutum regulas inchoarent: quia
multum ad ꝓcepta dei excipienda ꝓ
deſſet: ſi chriſtiana militia contra in
centiua omnium vitioꝝ continentie
ſe ſanctificatione muniret. Cum enī
per illecebram cibi irrepſerit prima

cauſa peccati quo ſalubriore dei mu
nere utitur redempta libertas: q̃ ut
nouerit abſtinere a conceſſis que fre
nare ſe neſciũt a vetitis. Omnis qui
dem creatura dei bona eſt: ⁊ nihil ē
abiĳciendum quod cum gratiarum
actione percipitur. Sed non ad hoc
creati ſumus ut feda ⁊ impudenti
auiditate omnes mũdi copias expe
tamus tanquam: quod licet ſumi:
non liceat pretermitti. Laudetur
Deus: qui hominum vſui tam mul
ta donauit: ſed agnoſcat rationalis
animus maiores delitias menti da
tas eſſe q̃ carni: ⁊ cũ audit per ſpiri
tũ ſanctũ dici: poſt ꝯcupiſcentias tu
as non eas: ⁊ a volũtate tua vetare:
intelligat ſibi contra oĩa que ſenſibꝰ
corporeis blandiuntur: tẽperantie ſe
ctandam eſſe uirtutem per quã dũ
exterioris hominis volũtas minuit
ſapientia interioris augetur. Non
enim idem vigor cordis eſt ſub one
re cibi: qui ſub lenitate ieiunĳ: nec eũ
dem ſenſum poteſt ſatietas generare
quẽ parcitas. Quia cum caro cõcu
piſcens aduerſus ſpiritũ ſpiritali cu
piditate ſuperat: libera obtinetur ſa
nitas: ⁊ ſana libertas: ut ⁊ caro men
tis iudicio: ⁊ mens dei regatur auxi
lio. Ad hanc ergo utilitatem nos di
lectiſſimi preſens tempus inuitat: ut
a reſurrectione domini uſque ad ad
uentũ ſpiritus ſancti quinquagita
diebus emẽſis. quos i leticia ꝑcipue
feſtiuitatis exegimus: ad ieiuniorũ
remedia concurramus: ne forte per
occaſionẽ licentie blãdioris aliquaſ
negligentie culpas delectabilium u
ſus inciderit. Terra enim carnis
noſtre niſi aſſiduis fuerit ſubacta cul
turis: cito de ſegni ocio ſpinas tribu
loſque producit: ⁊ partu degeneri
dabit fructum non horreis iſcerẽdũ

ſed ignibus concremandum: dicente
domino. Omnis plantatio quã nõ
plantauit pater meus celeſtis: eradi
cabitur. Cuſtodienda igitur omniũ
germinum ſeminumq; generoſitas
quam ex ſummi agricole plantatio
ne concepimus ⁊ vigili ſollicitudine
ꝓuidendum ne dei munera aliqua
inuidentis inimici fraude violentur
⁊ in paradiſo uirtutum non creſcat
ſilua vitioꝝ. Ad declinandum autẽ
hoc malum nihil eſt potentius ele
moſynis atq; ieiunĳs: dum ⁊ carna
les cupiditates continentia necat: ⁊
deſiderioꝝ ſpiritalium fructus miſe
ricordie cura multiplicat. Unde cha
ritatem veſtram ſolenniter admone
mus ut per caſtigationem corporis
⁊ per opera pietatis mũdari ab om
nium peccatoꝝ ſorde curemꝰ. Quar
ta igitur ⁊ ſexta feria ieiunemꝰ. Sab
bato autem apud beatiſſimum Pe
trum apoſtolum vigilias celebremꝰ
cuius meritis ⁊ orationibus ita noſ
per omnia credimus adiuuandos:
ut miſericordia dei ⁊ ieiunĳs noſtriſ
aſſit ⁊ votis. Per xp̄m dominũ no
ſtrum Amen.

In natiuitate apoſtoloꝝ Petri
⁊ Pauli eiuſdem ſermo pͥmus.

Omniū quidē ſcāꝝ
ſolennitatū dilectiſ
ſimi totus mūdus
eſt particeps ⁊ vniꝰ
fidei pietas exigit:
ut quicquid pro ſa
lute vniuerſoꝝ geſtum eſſe recolitur
cōmunibus ubiqꝫ gaudijs celebret̄.
Ueꝝ tamē hodierna feſtiuitas pre
ter illam reuerentiam quam toto ter
raꝝ orbe promeruit. ſpeciali ⁊ ꝓpria
noſtre urbis exultatione venerands
eſt: ut ubi ꝑcipuoꝝ apoſtoloꝝ gloriſi
calus eſt exitus: ibi i die martyrū eo
rum ſit leticie principatus. Iſti enim
ſunt viri per quos tibi euangelium
chriſti Roma reſplenduit: ⁊ que eraſ
magiſtra erroris: facta es diſcipula
veritatis. Iſti ſunt patres tui uerique
paſtores qui te regnis celeſtibus in
ſerendam multo melius multoqꝫ fe
licius condiderunt: q̄ꝫ illi quoꝝ ſtu
dio prima menium tuoꝝ fundamen
ta locata ſunt. Ex quibuſ is qui tibi
nomen dedit: fraterna te cede ſeda
uit. Iſti ſunt qui te ad hanc gloriam
prouexerunt: ut gens ſancta popu
lus electus ciuitas ſacerdotalis ⁊ re
gla' per ſacram beati Petri ſedem
caput orbis effecta latius preſideres
religione diuina q̄ꝫ dominatiōe ter
rena. Quāuis enim multis aucta ui
ctorijs ius imperij tui terra mariqꝫ
protuleris: minus tamen eſt quod ti
bi bellicus labor ſubdidit q̄ꝫ quod
pax chriſtiana ſubiecit. Deus nāqꝫ
bonus ⁊ iuſtus ⁊ omnipotens qui
miſericordiam ſuam humano gene
ri nunquā negauit: omneſqꝫ in com
mune mortales ad cognitionem ſui
abundantiſſimis ſemper beneficijs
erudiuit: uoluntariā errantiū ceci
tatē ⁊ ꝓcliuem in deteriora nequitiam
ſecretiore cōſilio ⁊ altiori pietate mi
ſeratus eſt: mittendo uerbum equale
atqꝫ coeternū. Uerbū igitur caro fa
ctum ita diuinam naturam nature
uniuit humane: ut illius ad infima
inclinatio noſtra fieret ad ſumma ꝓ
uectio. Ut autem huius inenarrabi
lis gratie per totū mūdū diffūderet̄
effectus: romanum regnum diuina
ꝓuidentia ꝑparauit: cuius ad eos li
mites incrementa producta ſūt: qui
bus cunctaꝝ undiqꝫ gentiuꝫ uicina
⁊ ꝯtinua eſſet uniuerſitaſ. Diſpoſito
nanqꝫ diuinitus operi maxie cōgrue
bat ut multa regna uno ꝯfederarēt̄
imperio: ⁊ cito puios haberet populo
predicatio generalis: quos unius
teneret regimen ciuitatis. Hec au
tē ciuitas ignorās ſue ꝓfectiōis au
ctorē cū pene oībus dominaret̄ gen
tibus: oīuꝫ gentiū ſeruiebat erroribꝰ
⁊ magnā ſibi uidebat̄ aſſūpſiſſe re
ligionē: quia nullā reſpueret falſita
tem. Unde quanto erat per diabo
lum tenacius illigata: tanto ꝑ xp̄m
ē mirabilius abſoluta. nā cū duode
cim apoſtoli accepta ꝑ ſpūꝫ ſanctuꝫ
oīuꝫ locutiōe linguaꝝ ibuendū euā
gelio mundū diſtribuiſſent ibi terraꝝ
ꝑtibus ſuſcepiſſent: beatiſſimus Pe
trus pͥnceps apoſtolici ordinis ad ar
cem romani deſtinat̄ imperij: ut lux
ueritatis que in omnium gentium
reuelabatur ſalutem: efficatius ſe ab
ipſo capite per totum mundi corpus
effunderet. Cuius autem natiōis ho
mines in hac tunc urbe non eſſent
aut que uſquam gentes ignorarent:
quod Roma didiciſſet. Hic concul
cande philoſophie opiniones: hic
ſoluende erant terrene ſapientie ua

vanitates: hic confutādus demonuꝫ
cultus: hic omnium ſacrilegiorum
impietas deſtruenda: ubi diligentiſ
ſima ſuperſtitione erat collectū quic
quid uſquā fuerat vanis erroribus
inſtitutum. Ad hanc ergo urbem tu
beatiſſime apoſtole Petre uēire nō
metuis: ⁊ conſorte glorie tue Paulo
aliarum adhuc eccleſiaꝝ ordinatio
nibus occupato ſiluam iſtam fremē
tium beſtiarum ⁊ turbulentiſſime ꝓ
funditatis oceanum cōſtantior igre
deris. Nec mundi dominam times
romanam: qui in Cayphe domo ex
paueſceras ſacerdotis ancillam. Nū
quid aut iudicio Pilati aut ſeuitia
iudeorum minor erat uel i Claudio
poteſtas: uel in Nerone crudelitas.
Uincebat ergo materiā formidinis
vis amoris: nec eſtimabas terrori ce
dendum: dum horuꝫ ſaluti conſuleres
quos ſuſceperas diligendos. Hūc
ergo intrepide charitatis affectum
iam tunc profecto conceperas quan
do profeſſio tui amoris in dominuꝫ
trine interregationiſ eſt ſolidata my
ſterio. Nec aliud ab hac mentis tue
intentione queſitum eſt q̄ꝫ ut paſcen
dis eius quem diligeres ouibus ci
bum quo ipſe eras opinatus impen
deres. Augebant quoqꝫ fiduciam
tuam tot ſigna miraculoꝝ tot dona
chariſmatū atqꝫ experimenta virtu
tū. Jam populos qui ex circūciſiōe
crediderant: erudieras. Jam Antio
chenam eccleſiam ubi primum chri
ſtiani nominis dignitas eſt orta: fun
daueras. Jam Pontū Gallatiā Ca
padociam Aſiam atqꝫ Bithyniam
legibus euangelice predicationiſ im
pleueras: nec aut dubius de proue
ctu operis aut de ſpacio tue ignar⁹
etatis tropheū crucis chriſti romāiſ
arcibus inferebas: quo te diuinis ꝑ
ordinationibus anteibant ⁊ honor
poteſtatis ⁊ gloria paſſiōis. Ad quā
beatus coapoſtolus tuus vas electi
onis ⁊ ſpecialis magiſter gentium
Paulus occurrens eodem tibi con
ſociatus eſt tempore: quo iam omniſ
innocentia: omnis pudor: omniſque
libertas ſub Neronis laborabat im
perio. Cuius furor per omniū vicio
rum inflāmatus exceſſum in hunc
eū vſqꝫ torrentē ſue precipitauit inſa
nie ut primus nomini chriſtiāo atro
citatem generalis perſecutionis infer
ret: quaſi per ſanctoꝝ neces gratia
poſſet extingui: quibus hoc ipſum
erat maximū lucrum ut contemptuſ
vite huius occidue perceptio fieret
felicitatis eterne. Precioſa ergo eſt
in conſpectu domini mors ſanctorū
eius: nec vllo crudelitatis genere de
ſtrui poteſt ſacramento crucis chri
ſti fundata religio. Non minuitur
perſecutionibus eccleſia: ſed augetur.
⁊ ſemper dominicus ager ſegete di
tiori ueſtitur: dum grana que ſingu
la cadunt multiplicata naſcuntur.
Unde duo iſta preclara diuini ger
mina ſeminis in quantam ſobolem
pullularint: beatoꝝ milia martyruꝫ
proteſtantur: quia apoſtolicoꝝ emu
li triumphoꝝ urbem noſtraꝫ purpu
ratis ⁊ longe lateqꝫ rutilantibus po
pulis ambierunt: ⁊ quaſi ex multaꝝ
honore gemmaꝝ cōſerto vno diade
mate coronarunt. De quoꝝ preſidio
dilectiſſimi diuinitus nobis ad exem
plum patientie ⁊ confirmationē fidei
ꝑparato: vniuerſaliter quidem in om
nium ſanctorum cōmemoratione le
tandum eſt. Sed in horum excellen
tia patrum merito eſt excellenti⁹ glo
riandum: quos gratia dei in tantuꝫ
apicē in omnia eccleſie mēbra proue
xit: ut eos in corpore cuius caput eſt

Chꝛiſtus : quaſi geminū cōſtitueret lumen oculoꝝ: De quoꝝ meritis atque uirtutibꝰ que omnez loquēdi ſuperant facultatez : nihil diuerſum nihil debemuſ ſentire diſcretū: quia illos ⁊ electio pares: ⁊ laboꝛ ſimiles ⁊ finiſ fecit equaleſ. Sicut autē ⁊ noſ experti ſumus: noſtri probauere maioꝛes: credimus: atqꝫ confidimus: inter oēs laboꝛeſ iuſtus vire ad obtinēdam miſericoꝛdiam dei ſemper nos ſpecialiū patronoꝛum oꝛōnibus adiuuādos. ut q̄ſtum ꝓpꝛijs peccatis depꝛimimur tātū apoſtolicis meritis erigamur. Per dominum noſtꝝ Jeſuz chꝛiſtū cui eſt honoꝛ cū patre ⁊ cū ſācto ſpū eadē poteſtaſ una diuinitaſ in ſecula ſeculoꝝ Amen

## In natiuitate Apoſtoloꝝ petri ⁊ Pauli eiuſdem Sermo .ii.

Xultemus in dn̄o dilectiſſimi ⁊ ſpiritali iucunditate letemur quia unigenitus dei patriſ filiꝰ dominus noſter Jeſus Chꝛiſtus ad iſinuāda nobis diuinitatis myſteria Apoſtolici oꝛdinis pꝛimum beatum Petrum huic ciuitati dignatus eſt pꝛerogare. Cuiuſ hodierna feſtiuitaſ recurrēte triūpho: martyrij ſpeciē ⁊ decus contulit oꝛbi terraruz Hoc eniz obtinuit dilectiſſimi illa cōfeſſio que a deo patre iſpirata Apoſtolico coꝛdi oīum humanaꝝ opinionum incerta tranſcendit: ⁊ firmitatē petreqꝫ nulliſ impulſionibꝰ quateref accepit Euangelica referēte hyſtoꝛia omneſ Apoſtolos dominus qd̄ d̄ ſe hoīes opinentur: interrogat. At ubi quid habeat diſcipuloꝝ ſenſus: exigitur Jlle primꝰ eſt in domini confeſſione qui pꝛimus ē i Apoſtolica dignitate Qui cuz dixiſſet. Tu eſ Chꝛiſtus filiꝰ dei viuit. Reſpondit ei Jeſus. Beatꝰ es Symō Bariōā: qa caro ⁊ ſāguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus q in celis eſt. Jdeo beatus es qa pater meus te docuit nec opinio te terrena fefellit: ſed inſpiratio celeſtis iſtruxit ⁊ nō caro ⁊ ſanguis : ſed ille me tibi cuius ſum unigenitus indicauit. Et ego inquit dico tibi: hoc ē ſicut pater meus tibi manifeſtauit diuinitatem meā ita ego notā tibi facio excellēciā tuam. Quia tu es Petrus : ideſt cū ego ſim inuiolabilis petra: ego lapis angularis qui facio utraqꝫ unum Tamen tu quoqꝫ petra es: quia mea uirtute ſolidariſ ut qꝫ mihi poteſtate ſū ꝓpꝛia: ſint tibi mecū participatōe cōmunia. ſupꝛa hanc petrā edificabo Eccleſiam meam: ⁊ poꝛte inferi non pꝛeualebunt aduerſus eam. Super hanc inquit foꝛtitudinem eternum extruam templum : ⁊ Eccleſie mee celo inſerenda ſublimitas in huius fidei firmitate conſurget. Hanc confeſſionem poꝛte inferi non terrebunt moꝛtis uincula non ligabunt: Vox enim iſta uox uite eſt: ⁊ ſicut cōfeſſoꝛeſ ſuos i Eccleſia ꝓuehit: ita negatoꝛes ad inferna demergit. Pꝛopter qō dicitꝰ beato Petro Apoſtolo Tibi dabo claues regni celoꝛum : ⁊ quecunque ligaueris ſuper terraz: erunt ligata ⁊ in celis. Tranſiuit quidem in Apoſtolos alios uis iſtius poteſtatis: ſed nō fruſtra uni cōmendatꝰ quod oībus intimetur. Petro enim ſingulariter hoc creditur: quia cunctis Eccleſie rectoꝛibus Petri foꝛma pꝛoponitꝰ. Manet ergo petri priuilegium: ubicunque ex ipſiꝰ fertꝰ equitate iudicium: nec nimia eſt uel ſeueritas : uel remiſſio: ubi nihil erit ligatū: nihil ſolutū: niſi qō petrꝰ aut ligauerit aut ſoluerit. iſtā eciā pꝛſſiōe

ſua dominus que diſcipuloꝝ ſuorũ
erat turbatura conſtantiã: Simon
inquit Simõ ecce Sathanas expo
ſtulauit: ut uos cribraret ſicut triticũ
Ego aũt rogaui ꝓ te ut non deficiat
fides tua ⁊ tu aliquãdo cõuerſus con
firma fratres tuos ne intrent in ten
tationem. Cõmune erat oĩbus apo
ſtolis periculũ de tentatiõe formidi
nis ⁊ diuine protectiõis auxilio pa
riter indigebant: quoniam diabolꝰ
omnes exagitare: omnes cupiebat
elidere: ⁊ tamẽ ſpecialiſ a domino Pe
tri cura ſuſcipit: ⁊ ꝓ Petri fide pro
prie ſupplicat: tanq̃ȝ alioꝝ ſtatuſ cer
tior ſit futurus: ſi mens principis uic
ta non fuerit. In Petro ergo oĩum
fortitudo munitur: ⁊ diuine gratie ita
ordinatur auxiliũ ut firmitas que ꝑ
christum Petro tribuitur per Pe
trum apoſtolis conferat. Nã ⁊ poſt
reſurrectionem ſuã dominuſ beato
Petro apoſtolo poſt regni claues
ad trinam eterni amoris profeſſionẽ
myſtica inſinuatione ter dixit. Pa
ſce oues meas: quod ⁊ nunc procul
dubio facit. ⁊ mandatum domini pi
us paſtor exequitur: confirmans eos
exhortationibus: ⁊ pro nobis orare
non ceſſans: ut nulla tentatiõe ſupe
remur. Si autem hanc pietatis ſue
curam populo dei ſicut credendum
eſt ubiq̃ȝ ꝑtendit: quanto magis alũ
nis ſuis opem ſuam dignatur ĩpen
dere: apud quos in ſacro dormitio
nis thoro eadem qua preſedit carne
requieſcit. Cum ita dilectiſſimi tãtũ
nobis videamus preſidiũ diuinitus
inſtitutum: rationabiliter ⁊ iuſte in
ducis noſtri meritis ⁊ dignitate leta
mur: gratias agentes ſempiterno re
gi ⁊ redemptori noſtro Jeſu chriſto
q̃ tantam potentiã dedit ei. quẽ to
tius eccleſie principem fecit ad gloriã
⁊ laudem nominis ſui. Qui cũ deo
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat
in ſecula ſeculorum. Amen.

In octaua apoſtolorum Petri ⁊
Pauli eiuſdem ſermo.

Eligioſam deuotionẽ dilectiſ
ſimi qua ob diẽ caſtigationis
⁊ liberatõis nr̃e cũctus fidelium po
pulus ad agẽdas deo grãs confluc
bat: pene ab oĩbus ꝓxime fuiſſe ne
glectã: ipſa paucoꝝ q̃ affuere raritaſ
demõſtrauit: ⁊ cordi meo multũ tri
ſticie ſue intulit ⁊ plurimũ timoris i
cuſſit. Magnum eni piculũ eſt eſſe
hoĩes ingratos deo: ⁊ ꝑ obliuionẽ
beneficioꝝ eiꝰ nec de correptiõe cõpũ
gi: nec de remiſſione letari. Vereor
igitur dilectiſſimi ne uox illa ꝓphe
tica tales increpaſſe videat: que dicit
Flagellaſti eos ⁊ nõ doluerũt. Ca
ſtigaſti eos: ⁊ noluerũt accipe diſci
plinã. Que. n. i eis correptio oſtẽdit
in q̃bus tanta auerſio repit: pudet
dicere: ſed neceſſe eſt nõ tacere plus
impendit demonijs q̃ȝ apoſtolis ⁊
maiorẽ obtinent ſpectacula frequen
tiam q̃ȝ beata martyria. Quis hanc
urbẽ reformauit ſaluti: quis a capti
uitate eruit: q̃s a cede defendit: lu
dus cyrcenſiũ: an cura ſcõꝝ: quoꝝ
utiq̃ȝ precibus diuine cenſure flexa
ſententia ẽ ut qui merebat irã ſerua
retur ad veniam. Tãgit obſecro dile
ctiſſimi cor veſtꝝ illa ſententia ſalua
toris: qui cum decem leproſos miſe
ricordie uirtute mũdaſſet: vnum tan
tũ dixit ex eis ad agẽdas grãſ reuer
tiſſe: ſignificans fideliter de ingratis
quod huic pietatis officio etiã ſi cor
poris aſſecuti ſunt ſanitatem: non ta
men ſine animi impietate defuerunt
Ne ergo iſta ingratoꝝ non etiã uob

dilectiſſimi poſſit aſcribi: reuertimi
ni ad dominũ: intelligentes mirabi
lia que in nobis dignatus ē operari:
liberationē noſtrā nō ſicut opinant̄
ſpũ: ſtellarꝫ effectibus ſed ineffabilis
oipotentis dei miſericordie deputā
tes: qui corda furētiũ barbarorꝫ mi
tigare dignatus ē: ad tāti vos benefi
cij memoriā toto fidei vigore cōferte
Grauis negligentia maiore ſatiſfa
ctione curanda ē. Ad emendationē
noſtrā vtamur lenitate parcentis ut
btūs Petrus ⁊ oēs ſci q nobis in
multis tribulationib⁹ affuerūt: ob
ſecrationes nr̄as ꝓ nobis apud mi
ſericordē deū iuuare dignet̄. Per
xp̄m dominū noſtrꝫ Amen.

In natiuitate ſcōrꝫ ſeptē fratrum
martyrꝫ machabeorꝫ ei⁹dē ſermo

Mariaſ dilectiſſimi domio dō
nr̄o q quāta ſit huiuſ diei ſolē
nitas etiā ſi ego taceā: ꝯuētus ueſter
oſtendit. Iā.n. ꝯſpiranti ſtudio ⁊ de
uoto aīo ꝯueniſtis ut feſtiuitati ma
gnificentiā: ⁊ ſi ſermo nō indicet: cō
gregatio tamē ipſa teſtet̄ ⁊ recte. Du
plex.n.cā leticie ē in qua ⁊ natalē ec
cleſie colimuſ ⁊ martyrꝫ paſſiōe gau
demus. nec immerito digne eccleſia
horꝫ exultat martyrio: quorꝫ ornat̄
exēplo. Cū ergo ſolēnitatis hodi
erne dilectiſſimi pleniſſime ſacre hi
ſtorie lectione didiciſtis: nec latere
vos potuit: quē in tāto rerꝫ geſtarꝫ
ordine excepitis gaudiū: cū glorio
ſam ſeptē martyrꝫ matrē exultanti ⁊
non tacito honoraretis affectu i ſin
gulis quidē filiis paſſam: ſed in om
nib⁹ coronatā. Subſecuta ē.n. felici
exitu quos inuicto p̄miſit hortatu: be
ata genitrix btā ꝓgenies memora bi
lis pcedentiū fortitudo. nā cū in illo
ordine moriū ⁊ in illa diſpōne pena
rū id ſeuiſſimi regis excogitaſſet im
pietas ut victoriā ſibi ⁊ de p̄mis pro
mitteret: quos ſine toſtrantie crucia
ret exemplo: ⁊ de poſtremis quos i
ſupplicio torqueret alieno: multipli
cate ſūt martyrꝫ palme: ⁊ dū ſinguli
in oibus vincūt p̄ter coronas ꝓpras
oēs acquſiuere ſeptenas. Sed hec ad
fructuoſam recolēda ſūt auriū volu
ptatē: inflat ſciā niſi edificet obedien
tia: grauāt audita niſi ſuſcipiant̄ imi
tanda. Nec.n. quia ceſſauit pſecutor
⁊ tortor: qa iam deo militāt p̄tātes:
de ſūt xp̄ianis q̄ ſupēt paſſiōes. Fili
inq̄t accedēſ ad ſuiture deitati i iuſti
cia ⁊ timore ⁊ p̄para aīam tuā ad tē
ptationē. Et apoſtolus dicit. Quicū
qꝫ in xp̄o pie volūt viuere: pſecutio
nē patiūt̄ pp iuſticiam. Qui ergo pu
tas quieu eſſe pſecutionē ⁊ nullū tibi
cum hoſtibus eſſe conflictū: intimuꝫ
cordis tui ſcrutare ſecretū: ⁊ oēs re
curſus anime tue diligēs explorator
ingredere: ⁊ uide ſi nulla te ipugnat
aduerſitas: ſi nullus tyrānus vult i
mentis tue arce dominari. Noli cū
auaritia pacem firmare: ⁊ iniquorū
queſtuū incremēta ꝯtēne. Superbie
ꝯcordiam nega. ⁊ magis time in glo
ria ſuſcipi. qꝫ in humilitate calcari.
Diſſociare ab ira nec dolorē inflam
met inuidie cupido vindicte. Renū
cia uoluptati: auertere ab īmundicia
pelle luxuriam: fuge iniquitatē: obni
tere falſitati: ⁊ cum uideris te multi
plicem habere pugnā: tu quoqꝫ imi
tator martyrꝫ numeroſam quere uic
toriā. Totiēs eni peccatis morimur
quotiens in nobis peccata moriūt̄
⁊ pciosa in conſpectu domini etiam
iſta mors ſanctorꝫ eius ubi hō occi
ditur mūdo: nō terminatiōe ſenſuū
ſed fine uitiorꝫ. Si ergo cariſſimi nō
ducitis cū infidelibus iugū: ſi pecca
tores eſſe deſiſtitis: ⁊ nullis carnaliū

cupiditatū temtatiōibus credidiſtis: ſo
lennē hanc diē celebratis: ⁊ nō ſolū
martyres ac martyꝝ matrē: ſed etiā
illius memoriā iuſto honore uene
ramini: q hoc die antiquā feſtiuitatē
huius loci cōſecratione geminauit.
Magnificus quidē ſtructor parie
tū ſed magnificētior edificator aīaꝝ
ultra cui ſui terminos opa pietatis
extēdēs: ut utilitatibus inſtitutionū
eius etiā in ipſo frueret̄ deuota ꝓ
ſteritas: ⁊ habitādo qđ ꝯdidit: ⁊ fa
ciendo quod docuit. Q̄ia ergo dile
ctiſſimi q̄ oculis cernitis: ⁊ mēte me
miniſtis ad ꝑfectū noſtre edificatio
nis aſſumite: ⁊ ita vnuſqſqꝫ veſtrꝫ ꝓ
parato a maiorib⁹ utat̄ habitaculo
ut in ſeipſo meminerit tēplū dei eſſe
fundatū: nihil ſtricture ime prauū: ni
hil ſupponat infirmū: ſed vn⁹ ex ele
ctis lapidib⁹ ꝯgruēdo p indiſſolubi
lē ꝯnexionē creſcat in dominici cor
poris vnitatē: auxiliāte dn̄o nr̄o ieſu
xp̄o qui cum pr̄e ⁊ ſpū ſcō viuit ⁊ re
gnat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

In natiuitate ſancti Laurentij
martyris eiuſdem ſermo.

Cum oīuꝫ dilectiſſimi ſumma
uirtutū ⁊ totius plenitudo iu
ſticie de illo amore naſcat̄: quo de⁹
p̄ximuſqꝫ diligit̄. In nullis ꝑfecto
hic amor ſublimius excellere clari⁹
qꝫ fulgere. qꝫ i btiſſimis martyrib⁹
inuenit̄: qui domino nr̄o Jeſu xp̄o
ꝓ oībus hoībus mortuo tā ꝓping
ſunt imitatiōe charitatis qꝫ ſimilitu
dine paſſiōis. Quāuis. n. illi dilecti
oni qua domin⁹ nos redemit: nulla
cuiuſqꝫ benignitas poſſit equari:
qa aliud ē ꝓ iuſto mori hoīem ſua
neceſſitate moriturꝫ: aliud ꝓ ipiꝫs oc
cūbere a debito mortis alienū: mul
tū tamē vniuerſis hoībus etiā mar
tyres ꝯtulerūt: quoꝝ fortitudine ita
eius largitor uſus eſt dominus ut pe
nam mortis ⁊ atrocitatē crucis nul
lis ſuoꝝ uellet eſſe terribilē: ſꝫ multis fa
ceret imitabilē. Si ergo nullus bo
nus ſibi ſoli ē bonus: nec cuiuſqꝫ ſa
piētis ſibi tantū ſapientia ē amica: ⁊
hec uerarꝫ natura virtutū eſt ut mul
tos a tenebroſo abducat errore: q ea
rū clarus ē lumine. Ad erudiendū
dei populū: nulloꝝ eſt utilior forma
qꝫ martyꝝ. Sit eloquētia facilis ad
exhortādū: ſit ratio efficax ad ſuadē
dū. validiora tamē ſūt exēpla qꝫ uer
ba: ⁊ planius ē opere docere qꝫ uo
ce. In quo excellētiſſimo genere bea
tus martyr Laurētius cuius paſſio
nis dies hodiern⁹ illuſtris ē qꝫ glo
rioſa polleat dignitate. etiā ꝑſecuto
res ſeuiꝫ ſentire potuerunt: cū illa mi
rabilis animi fortitudo ꝺ chriſti ꝓn
cipaliter amore concepta non ſolū
ipſis non cederet: ſed etiam alios ex
emplo ſue tolerantie roboraret. Cū
furor gentilium poteſtatum in electi
ſſima quoque chriſti membra ſeui
ret ac precipue eos qui ordinis erāt
ſacerdotalis impeteret: in leuitā lau
rentium qui non ſolum miniſterio
ſacramentorum ſed ⁊ diſpenſatione
eccleſiaſtice ſubſtantie preeminebat
impius perſecutor efferbuit. Dupli
cem ſibi predam de vnius viri com
prehenſione promittens: quem ſi fe
ciſſet ſacre pecunie traditorem: face
ret etiam ſacre religionis exortem.
Armatur itaque gemina face homo
pecunie cupidus: ⁊ veritatis inimi
cus: auaritia: ut rapiat aurum: impi
etate: ut auferat chriſtum. Poſtulat
ſibi ab immaculato ſacrarij preſule
opes eccleſiaſticas: quibus auidiſſi
mus inhiabat inferri. cui leuita caſti
ſſimus ubi per eas repoſitas habe
ret oſtendens: numeroſiſſimos ſcōꝝ

pauperꝝ obtulit greges: in quoꝝ vi
ctu atqꝫ ueſtitu inamiſſibiles condi
derat facultates: que tanto integrius
erant ſalue quanto ſanctius proba
bantur expenſe. Fremit ergo predo
fruſtratus: ⁊ in odium religionis q̄
talem diuitiaꝝ uſum inſtituiſſet: ar
deſcens direptionem theſauri potio
ris aggreditur: ut apud quem nullā
denarioꝝ ſubſtantiā reppeiſſet: illō
depoſitum ei quo ſacratius erat di
ues auferret. Renūciāte chriſto lau
rentium iubet: ⁊ ſolidiſſimam illam
leuitici animi fortitudinem diris pa
rat urgere ſupplicijs. Quorum ubi
minora nil obtinent: vehementiora
ſuccedunt. Laceros artus ⁊ multa
uerberum ſectiōe conciſos ſubiecto
precipit igne torreri ut per cratem fer
ream que iam de feruore continuo
uim ex ſe haberet vrendi: conuerſo
rum alterna mutatione membrorū:
fieret cruciatus vehementior ⁊ pena
ꝑductior. Nihil obtines: nihil profi
cis ſeua crudelitas. Subtrahit᷑ tor
mētis tuis materia mortalis: ⁊ Lau
rentio in celos abeūte tu deficis: flā
mis tuis ſuperari charitatis chriſti
flamma non potuit: ⁊ ſegnior fuit ig
nis qui foris uſſit: q̄ꝫ qui intus accē
dit. Seruiſti perſecutor martyrij cuꝫ
ſeuiſti. auxiſti palmam: dum aggeras
penam. Nam quod non ad victoris
gloriam ingenium tuū repperit quā
do in honorem tranſierunt triūphi
etiam inſtrumenta ſupplicij. Gaude
amus igitur dilectiſſimi gaudio ſpi
ritali ⁊ d̄ feliciſſimo inclyti uiri fine
gloriemur in domino: qui eſt mirabi
lis in ſanctis ſuis: in quibus nobis
⁊ preſidium conſtituit ⁊ exemplum:
atqꝫ ita per vniuerſum mundū clari
ficauit gloriam ſuā: ut a ſolis ortu uſ
qꝫ ad occaſum leuiticoꝝ luminuꝫ co
ruſcante fulgore q̄ꝫ glorificata ē hie
roſolyma Stephano: taꝫ illuſtris fie
ret roma Laurentio: Cuius oratiōe
⁊ patrocinio adiuuari nos ſine ceſſa
tione confidimus: ut quia omnes ſi
cut apoſtolus ait. Quicunqꝫ volūt
in chriſto pie viuere perſecutionem
patiuntur: corroboremur ſpiritu ve
ritatis: ⁊ ad ſuperandas omnes tē
ptationes cōſtantis fidei perſeuerā
tia muniamur. Per dominum no
ſtrum Jeſum chriſtum filium tuum
Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate
ſpiritus ſancti deus per omnia ſecu
la ſeculorum Amen.

De ieiunio ſeptimi menſis ideſt
ſeptembris eiuſdem ſermo. i.

Obſeruantiā quidē veſtram di
lectiſſimi ita nouimus eſſe de
uotā: ut aīas veſtras non ſolū legitti
mis ſed etiā uolūtarijs ieiunijs exto
latis. Tamē adijciēda ē huic ſtudio
etiā nr̄e admonitionis exhortatio ut
ſi qui ſūt in hoc exercitio tardiores
in his ſaltē diebus cōmuni abſtinē
tie ſe obediēter adiūgant: in qb⁹ nos
oportet ſacratiſſimā conſuetudinem
attentius celebrare: ut per hūilitatē
ieiunū ꝯtra oēs hoſtes nr̄os diuū
mereamur auxiliū. Res .n. ē ꝑcipui
operis quā ⁊ ex auctoritate idicim⁹
⁊ ex charitate ſuadem⁹: ut paululuꝫ
edendi libertate cōpreſſa caſtigatiōi
corporis ⁊ pauperꝝ ſtudeam⁹ alimo
nie: quos qui reficit animā ſuam pa
ſcit: ⁊ tp̄ales epulas i delitias mutat
eternas. In locū igit᷑ maloꝝ cupidi
tatū ſanctoꝝ deſiderioꝝ incremēta
ſuccedāt. Ceſſet iniquitatis: ſed non ſit
ocioſa iuſticia: quē nullus patit᷑ op
primentū: ſentiat aliqs adiuuantem
Parꝝ eſt eniꝫ nō auferre aliena niſi

largitoris ꝛ ꝓpria: ſub oculis iuſticie iudicis ſumus: qui nouit quantam unicuique bene operanti dederit fa cultatē: nō vult copioſa eſſe munera ſuaqꝫ fratribus ſuis. ſic myſticoꝝ talētoꝝ mēſuras diſtribuit: ut creditum que liberaliter erogaſſet: augeret. q ſterili ter ſeruaſſꝫ: amitteret. et ideo dilecti ſſimi qa ſeptimi mēſis ieiunium nos celebrare cōuenit: ſancti tamē ueſtrā monemus: ut quarta ꝛ ſexta feria ie iunemus. Sabbato uero apud bea tū Petrū Apoſtolū uigilemꝰ cuius ſuffragātibus meritis ab omnibus tribulationibus mereamur abſolui Per chriſtuꝫ dominū noſtꝝ Amen

De eodem Sermo .ii.

Deus humani generis cōditor ꝛ redēptor q nos ad ꝓmiſſiōes uite eterne p ſemitas uult ambulare iuſticie de futura tentatōe que nobis i itinere uirtutū inſidioſis aduerſaretᷣ occurſibus: multis nos preſidijs di lectiſſimi i quibus laqueos diaboli obtereremus iſtruxit: inter que hoc famulis ſuis ſaluberrimum contulit ut ↄtra oēs iīmici dolos fortitudine ſe cōtinentie ꝛ opibus pietatis arma rent. Ille eni qui ab initio primis hoibus iterdicti cibi iſeruit appetitū ꝛ male credulis p illecebram edēdi oium cōcupiſcentiaꝝ uirus infudit eadē fraudes retractare nō deſinit: ꝛ i natura quā ſcit ſuis ſeminibus in citatā eſſe ꝛ corruptam: ſationis ſue germē inquirit: ut ad labefactanda ſtudia uirtutis: deſideriū voluptatis accendat: quoniā pena ipſius eſt ꝓ uectio xpiana. Nec poteſt eorū ani mos aliquo modo ledere: qui noue rūt auxiliante domino in ſua carne regnare. Rationabili ergo modera tione ſcōqꝫ ꝓpoſito freſnande ſunt re belles cupiditates. nec ſinendū ē ut caſtis ꝛ ſpiritalibus deſiderijs cor porales ↄcupiſcentie reluctentᷣ. Ag noſcat interior hō exterioris ſui ſe eē rectorē: ut mens diuino gubernata dominam terrenā ſubſtantiā in bo ne volūtatis cogat obſequiuꝫ. Nec eni deeſt nobis ad hunc ordinē ob ſeruādū miſericordiſſimi regis auxi liū: qui nos ſaluberrime obſeruan tie rōne informauit: pfiniens nobis per tempoꝝ recurſus quoſdam ieiu nioꝝ dies in quibus caſtigatiōe cor poꝝ virtus roborāretᷣ aioꝝ. Huius aūt remedii munus dilectiſſimi etiā in iſto qui ſeptimus ē: menſe depoſi tum eſt: quod nos ꝓmpta conuenit alacritate ſuſcipe. Ut pter abſtinen tiā qua quiſqꝫ ſe peculiariter atque ꝑuatim ſm modū ſue poſſibilitatis exercet. Hec que oībus ſimul indi citᷣ an noſius celebretᷣ: Nam in om ni agone certaminis xpiani utilitas continētie plurimū ualet: ita ut qdaꝫ ſeuiſſimoꝝ ſpūſ demonū qui ab ob ſeſſis corporibus nullis exorcizan tiū fugantᷣ impetus: ſola ieiunioruꝫ ꝛ pronū uirtute pullantᷣ: dicēte dño Hoc genus demoniorum non eyci tur niſi in ieiunio ꝛ orone. Grata er go eſt deo ꝛ terribilis diabolo ieiu nantis oratio. Nec latet quantū ac quirit ſue ſaluti que tantū pſtat alie ne. In hac ſane obſeruantia dilectiſ ſimi qꝫuis nos oēſ vnanimiter opor teat eſſe deuotos: ſi q tamen ſūt quo rum uolūtati aliq̄ obſiſtat iſirmitas laborē qui ſupra uires ē corporum redimant ipendiis facultatū. Mul tā. n. ſūt opera pietatis que ipaꝫ edē di neceſſitatē merito ampliore com mendēt ſi ieiunantiū purificationē ſtudio benignitatis acquirūt. Naꝫ cū hi qui nihil omittūt de humiliati one ieiunii ſub ſterili fatigatione de

ſudent: niſi de elemoſynarum qua poſ
ſunt erogatione ſanctificent: dignū ē
ut in alimoniā pauperum abundantior
ſit eorum largitio quorum ad abſtinēdū
minor eſt fortitudo. Quod ergo quis
in ſua ſibi infirmitate non denegat:
aliene inopie libenter impendat: et pro
priam neceſſitatē faciat ſibi cum indi
gente cōmunē: non culpatur infirmus
ieiuniū ſoluens: a quo cibus accipit
pauper eſuriens: nec eſcā ſumendo
polluitur: qui elemoſynā impartiēdo
mundatur: dicente domino. Date ele
moſynam: et ecce oīa munda ſūt vo
bis. In quo opere dilectiſſimi etiam
hi qui ab epularum delectatione ſe cō
tinent: fructus ſibi debent miſericor
die cōparare ut qui abūdantius ſe
minauerint: copioſius metant. Nō
enim vnicuique agricole ſuo ſeges iſta mē
titur: aut incertam ſpem habet operis cul
tura pietatis. Quicquid hoc mūdo
ſerentis manu ſpargitur: non eſtus vrit:
non torrens trahit: non grando pſter
nit. Incolumes ſemper ſunt pietatis
expenſe: nec ſolum integre manent:
ſed etiam modo augentur: et qualitate
mutantur. De terrenis celeſtia prode
unt: de paruis magna gignuntur: et
tpale damnū in pmiū tranſit eternū.
Quiſquis igitur diuitias amas: quiſ
quis multiplicari que poſſides: con
cupiſcis: in hec lucra accendere: in hec
rerum tuarum augmenta ſuſpira: de quibus
nihil fur arripit: nihil tinea corrūpit
nihil rubigo cōſumit. Noli deſpera
re de fenore: noli de accipiente diffi
dere. Quod vni horum feciſtis: mihi fe
ciſtis: quis dicat in lege: et apud quē
opes tuas collocas: perſpicatius fi
dei oculis ſecurus agnoſce: non du
bitet de receptione cui xps debitor ē
Non ſit anxia liberalitas: nec triſte
ieiuniū. Hilarē enim datorē diligit deus:
qui fidelis ē in verbis ſuis: et abun
dāter largita retribuit: qui benigne
largienda donauit. Per dominum
noſtrum Jeſum chriſtū filium tuū: qui
tecū viuit et regnat in vnitate ſpūs ſcī
deus per oīa ſecula ſeculorum Amen

## De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdē ſermo tertius.

Ad exorādā dilectiſſimi miſeri
cordiā dei ad reuocandū ſtatū
felicitatis humane quantū valeāt re
ligioſa ieiunia eorum prophetarum predi
catione cognoſcimus: qui diuine iu
ſticie cōmonitionē quā frequenter
populus iſrael merito iniquitatis in
ciderat: non niſi ieiunio pteſtantur
poſſe placari. Unde et Johel prophe
ta admonet dicens: Hec dicit domi
nus deus vr̄: Cōuertimini ad me in
toto corde vr̄o in ieiunio fletu et plā
ctu: et ſcindite corda vr̄a et nō veſtimē
ta vr̄a: et conuertimini ad dominum
deum veſtrum quia miſericors eſt et pa
tiens et magnanimus et multū miſe
ricors. Et iterum. Sanctificate ieiuniū:
pdicate curationē: cōgregate plebē:
ſcīficate eccleſiā. Que cohortatio di
lectiſſimi nr̄is quoque ē amplectēda
tpibus: quia huius curationis reme
dia etiā a nobis ſunt neceſſario pdi
canda: ut in obſeruantia ſanctificationis
antique quod perdidit iudaica puari
catio acquirat xpiana deuotio. Diui
narum namque reuerentie ſanctionū in
ter quelibet ſpōtanee obſeruātie ſtu
dia habet ſemper priuilegiū ſuū ut ſacra
tius ſit quod publica lege celebratur quam
quod priuata inſtitutione dependet.
Exercitatio enim cōtinētie quā ſibi quiſ
que pro arbitrio indicit ad utilitatē
cuiuſdam pertinet portionis. Jeiuniū
vero quod vniuerſa eccleſia ſuſcipit

neminem a generali purificatione
ſeiungit: ⁊ tunc fit potentiſſimus dei
populus: quando in unitate ſancte
obed ētie omniū fidelium corda cō
ueniunt: ⁊ in caſtris militie chriſtiāe
ſimilis ex omni parte preparatio ⁊
eadem ē vbiqꝫ munitio: fremat licet
cruenti hoſtis peruigil furor: ⁊ late
broſas undique pretendat inſidias
neminē tamē capere: neminē poterit
vulnerare: ſi nullum inermen nullū
deſidē nullū inuenerit ab opere pie
tatis exortem Ad huius ergo inicte
pietatis potētiam dilectiſſimi ⁊ hoc
nos ſolenne ieiunium ſeptimi mēſis
īuitat: ut a curiſ ſecularibꝰ actibuſqꝫ
terrenis liberos ad dominum aīos
erigamꝰ. Et qa hāc intentionē ſēp ne
ceſſariam non oēs poſſumꝰ habere
perpetuā: ſepiuſqꝫ p humanā fragili
tatem a ſupernis ī terrena recidimꝰ
iſtis ſaltem diebꝰ qui nobis ad ſalu
berrima ſunt remedia preſtituti: mū
danis nos occupationibus ſubtra
hamus: ⁊ aliquid temporis quod
ꝓſit ad bona eterna: furemur. ī mul
tis enim ſicut ſcriptum eſt: offendimꝰ
oēs: ⁊ licet quottidiano deo munere
a diuerſis contaminationibus emū
demur iherent tamē īcautis animis
plerumque macule craſſiores: quas
oportet diligētiori cura ablui: ⁊ īpen
dio maiore deleri: pleniſſima autē ē
peccatorꝫ abolitio: quādo totiꝰ eccle
ſie una eſt orō: ⁊ una confeſſio. Si
enim duorū vel triū ſancto pioqꝫ cō
ſenſui omnia que popoſcerint: do
minus preſtanda promittit: quid ne
gabitur multorꝫ milium plebi vnaꝫ
obſeruantiam pariter exequēti ⁊ p
⁊ p vnū ſpiritū ꝯcorditer ſupplicāti.
Magnū ē in ꝯſpectuꝫ domini dile
ctiſſimi ualdeqꝫ ſpecioſū cū totus po
pulus xp̄i eiſdem inſtat officijs: ⁊ in
vtroqꝫ ſexu oēs gradus oēſqꝫ ordi
nes eodē coopantꝰ affectu. Cū in de
clinando malo ac faciēdo bono par
cunctorꝫ ⁊ vna ſnīa ē: cū in opibus
ſeruorꝫ glorificatꝰ deus ⁊ totiꝰ pieta
tis auctori in multarꝫ actione grāꝫ
benedicitꝰ Aluntur eſurientes: veſtiuntꝰ
nudi: viſitantꝰ infirmi. Et nemo qō
ſuū ē q̄rit: ſed qō alterius duꝫ ad re
leuādā miſeriā vnicuiqꝫ mēſura ſua
ſufficit. Et facile ē iuenire hilarē da
torē: ubi modū opis rō tpat faculta
tis. Per hanc aūt dei gratiā q̄ opatꝰ
oīa in oībus: cōmuniſ fideliū fructꝰ
⁊ cōmune fit meritū: quandoquidē
pōt ⁊ eorꝫ par eſſe aius: quorꝫ ipar ē
cenſus ⁊ cū alter de alterius letatur
largitate cui eq̄ri nō potuit impēdio
equatꝰ affectu. Nil in tali populo in
ornatū nihilqꝫ diuerſū ē: ubi ad vnū
pietatis vigorē oīa ſibi totius corpo
ris mēbra ꝯſentiūt: nec de ſua tenui
tate ꝯfunditꝰ: qui de aliorꝫ opulētia
gloriatꝰ. Deus. n vniuerſitatis ē excel
lentia portioni: ⁊ cū dei ſpiritu oēs
agimur: non ſolū illa nr̄a ſūt que ipi
gerimus: ſed etiā de qbus in aliorū
actione gaudemus. Amplectamur
igitꝰ beatā iſtaꝫ ſacratiſſime unitatis
ſoliditatē: ⁊ ſolēne ieiunium concor
dante ꝓpoſito beneuolūtatis inea
mus. Nihil a quoqꝫ arduum nihil
aſperꝫ queritꝰ: nec aliquid qō uires
noſtras excedat: indicitꝰ: ſiue in ab
ſtinentie caſtigatione ſiue in elemo
ſyne largitate. Sciūt ſinguli qd poſ
ſint quid ue nō poſſint. Ipſi modu
lū ſuū pendant: ipſi iuſta ⁊ rōnabili
taxatione ſe cenſeāt: ut ſacrificiū mi
ſericordie non cū triſticia offeratur
nec inter dāna numeretꝰ. Hoc pio ī
pendatur operi quod cor iuſtificet
quod conſcientiam lauet: quod de
niqꝫ ⁊ accipienti proſit ⁊ dāti. Felix

quidē ille eſt animus multumqꝫ mi
rabilis:qui facultatū defectionē be
nefaciendi amorē nō metuit: ⁊ datu
rum ſibi erogāda nō diffidit: a quo
cū erogatet accepit. Sed quia cum
magnanimitas iſta paucoꝝ ē plenū
etiā pietatis ē ut ſuoꝝ curā quiſque
nō deſerat:nos pfectioribus nō pre
iudicātes ea uos regula generaliter
exhortamur ut mandatū dei ſcōm
poſſibilitatis ure menſurā opēmini
Hilarē.n.beniuolentiā eſſe decet q̄
ſic ſuā tēperet largitatē:ut ō illa pau
perū refectio gaudeat: ⁊ domeſtica
ſufficientia nō laboret. Qui autē mi
niſtrat ſemē ſemināti ⁊ panē ad mā
ducandū pſtabit ⁊ multiplicabit ſe
men ueſtꝝ ⁊ incrementa frugū iuſti
cie ueſtre. Quarta igit̄ ⁊ ſexta feria
ieiunemus. Sabbato aūt apud bea
tiſſimū Petꝝ apoſtolū pariter uigi
lias celebremus:cuiuſ meritis ⁊ ora
tionibus cōfidimus nobis per oīa
miſericordiam dei noſtri eſſe pſtan
dā. Per dominū noſtꝝ Jeſum xp̄ꝫ
qui uiuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ
Amen.

De ieiunio ſeptimi menſis eiuſdē
ſermo quartus.

Redicationē noſtrā dilectiſſi
mi familiaris nobis adiuuat
ꝯſuetudo: ⁊ ratio tpis cōmendat of
